{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Alphonse 10 (roi de Castille et de León ; 1221-1284). Tabule astronomice Alfonso regis. 1990.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

Tabule Astronomice Alfonsi (*) Regis.

366015



recently Bambergensi ordinatis

Exhortatoria in impressionē tabularū Astronomicarū Alfonsi Regis.

Augustinus Coronatus Solmucensis Johanni Lucilio Santritter Heilbronnensi S.P.D.

QUū temporum nostrorum conditionē mecum ipse reputo Johannes Lucili Amice suauissime: eamq; ex priscorū illorū imagine diligentius expendo atq; pertracto: gloriari sepe non mediocriter soleo: id me potissimū etatis incidisse: in quo post defectos pene optimarū disciplinarū fructus: is demū studiorum ardor succreuerit: vt q̄ longa vetustatis negligentia deperierant: iam redeant iterū: ac rediuiuo quodam spiritu in melioꝛē propemodū frugem excitent atq; repullulent. Quis enī vehemētius non indoluerat: fecūdissima illa ingenia: locupletissima studia: illas inquā omniū virtutū faces ita a splendoꝛe ⁊ dignitate concidere potuisse vnq̄: vt eorū aliquādiu vix vestigia quedā inuenirent. Nō Philosophia: non Oratoria: non Poetica: non Mathematica vsquā superet gn feda barbaries ita sūmerserit oīa: vt a clade illa longe calamitosissima: egre nobis ad id vsq; eui respirare sit datū. Verum enimuero: quo magis illa tempora luctuosa fuere: quibus omnis studioꝛ honos conciderat: eo plus his nostris gratulandū Amice suauissime existimo: quibus preclara ingenia ad pristinum iterum caloꝛem reuiuiscunt: Quin etiam si vllus apud inferos sensus inuenit: gaudere etiam manes ipsos existimem: q̄ eorum labores: exercitia: vigilie: vna cum eis iā fere sepulte in lucē denuo prodeant: ac multipharia dispersе in vnū veluti coꝛpus congregent iterum atq; subsidant. Id quū in omni disciplinarū genere incredibili imprimis celeritate confectū sit: vtpote vbi ad cōmunē causam in vnū fere omnes conspirarūt: preter ceteros tñ Georgius Purbachius: et Johannes ille de Regio mōte: viri germani: latineq; ac grece lingue iuxta eruditi: Sideralis sibi negocij partē eousq; tutati sunt: vt cum ceteri non nisi alias pertractata disquirerent: hi sibi ⁊ incognita ⁊ intentata prius: proꝛio vt aiunt Marte desumūt. Quū enī multos variosq; errores validius detriumphassent: ad ea etiā animū adꝛicere tentarūt: q̄ vetex plerisq; aut difficultate exterriti: aut laborū pertesi itacta omnino pterierāt. Qd̄ si vl' Pitagoras ille qa primus grecis (vt Aristoxenus scribit) pondera ⁊ mensurādi ratione inuexit: Si Anaximāder Milesius: quia primus Celestia signa Conuersionesq; solares: Horoscopia et Equinoctia adnotarit: Si. L. deniq; Sulpicius apud Latinos: Thales Milesius apud Grecos quia defectus Solis ⁊ Lune primi prodiderunt: sūmo honoꝛe sūmaq; veneratione habiti: miris laudibus efferunt: Quid tandē his iure tribuerim: qui ea que antea tanq̄ i Apollis quodā sacello a cōmuni hominū cōtuitu abscōdebant: ita nobis prodiderūt: vt omnibus iamiamq; manifesta esse valeant ⁊ cognita. Sed quoꝛsum ista inquies efflagitabā abs te cōtinuo commi-

Georgius Purbachius
Jo de Monte Regio

cio Amice suauissime: tū vel maxime quū in seces-su tuo Patauino ad me diuer
teras: ad ea te qñq; studia conferres: quibus exactis annis multa cū laude efflo
ruisses: Et quom in his priuato tibi: satis superq; philosophatus fis: aliqd etiā
lucubrationū tuarū in cōmune elargireris: Quū mihi nil tale tum suspicāti (exi-
stimabā enī eo te ocio quod tibi abunde suppeteret indulgētius aliquātisper)
Johannes Basilius noster Regiensis vir vti scis humanissim⁹: atq; preter alia
studia Medicine ac etiā Astronomie scientia apprime eruditus: nundinis his
Diui Antonij: ea de te referret: que animū meum alias in te propensum ex hoc
incredibili etiam studio ⁊ volūtate tibi deuincirent. Obmitto enī id q̄ libra-
quendā in natiuitatibus abs te concinnatū narrauerit: quom id alias ex te co-
gnouerim: tum illud incredibili admiratione referebat Tabulas Diui Alfonsi
Regis eo te facilitatis reduxisse: vt que non nisi maximo labore: atq; ingenti te-
dio ex his disquirebamus: ea se nodo summa facilitate tanq̄ vltro ingerere vi-
deant. Que quū non mediocri animi alacritate acciperem: vtpote que diutur-
nis meis votis responderēt: Cepi mox iacture etiam illius omniū calamitosissi-
me: quā ex immaturo funere Johannis de Regio monte cōmunia hec tempora
susceperāt: consolari: Quia id quod per eū fata nobis inuiderāt: ex te viro etiā
germano copiosius restitutū iri contingat. Emitere igit vt cepisti Amice suauis-
sime. Elabora inquā enixius atq; conte de: vt ea que laboribus tuis ⁊ vigilijs cō
tinuis perfeciſti: delitescere apud te nō permittas: quin ea primo quoq; tēpore
castigatissimis notis cōmendes: atq; in publicū bonis auibus prodire iubeas:
Ita enī optimis studijs cōsules: ⁊ nominis tui immortalitati prospicies. Vale.
Ex Gymnasio Patauino .xv. kls Julij. Anno Salutis. 1492.

L. Johannes Lucilius Santritter Germanus de Fonte salutis vulgo dictus Heilbronnensis Augustino Moravo. Olomucensi S. P. D.

Exultarem non minori gaudio q̄ tu Augustine suauissime: q̄ ea nos tempora incidimus: quibus omniū bonarū artiū studia non dico reuiuiscūt aut floreant: sed dulcissimos etiā fructus iam ediderunt: adeo vt in plerisq; multis breui cū diuino illo Romanorū seculo certaturi simus: nisi sciolorum ne dicā blateronū quorundā ac lucifugarū sermones me moueret: qui in solis garrientes angulis quos scriptis aperto marte aggredi non valent: clam lacerantes caninis petunt morsib⁹. Dolendū ꝓfecto est nullam tam letā segetē esse: cui lappe aut loliū aut steriles non noceant auene. Quis enī equo animo ferret cū viderit Johānis de Monte regio Astronomica diligētissimo studio maximo labore ac animi soler/tissima indagine inuenta: ab indoctissimis ac non satis prima vel minima Ma/thēseos elemēta edoctis tā impudēter carpi ⁊ damnari. Sunt pleriq; non mē/tior (noib⁹ parco) ne hi Zoili ex tam improbo facinore celebres fiant: qui nō in/telligentes ab eo viro ꝓscriptū in Almagestū epitoma: ꝓbleumataq; astronomi/ca ad totū Almagestū ꝓspectātia: ac cetera eius opera oīa Ptolemeice disciplīe examussim q̄drātia: defecti animo ingenio ⁊ doctrina maledictis eū incessant. Illo potissimū niti argumēto q̄ multor⁊ annor⁊ placita quedā inmutare sit ausus q̄si in dies meliora inuenire non possim⁹: aut necessariū sit tradita oīa cuiuscūq; doctrine nullatenus a vero deuia esse. Atqui ni liuor ⁊ imperitia eos circūsedis/sent: admirarent in Johanne vtriusq; lingue peritiā: In suis dogmatib⁹ firmis/simas demōstrationes. Sed fortasse non vnius hois germani odio flagrāt: sed totus gētis. Facessat nunc inuidia ⁊ rerū iusti extimatores simus: si vita diui/nior theoreumatib⁹ reddit: vel vno Alberto magno totus orbis germanis de/bet: vt impresentiarū ceteros obmittā: tum phisicis tū diuinis ⁊ mathematicis disciplinis eruditissimos: quor⁊ si noīa ⁊ libros recenserem: me prius dies defi/ceret q̄ ad nouissimū puenirē. Si vo que ad quottidianū vsum necessaria sunt miris cogitatib⁹ inuēta: cōmendabiliorē quampiam gentē reddūt: nulla ꝓfecto gens hanc prestat. Plurima nāq; ⁊ ad pacis cōmoda ⁊ ad ornamenta inuenit. Quantū vo bombarde germanor⁊ inuentū in bellis valeant disiecte meniū vali/dissime moles inter cetera documēto esse possunt: Ut mirificā illā impressoriā artē a nostr⁹atib⁹ inuentā silentio transeam: q̄ doctor⁊ monumēta nō solū ab inte/ritu liberant: vet⁊ etiā copiosissime poster⁊ tradunt. Res inumeras nostri hoies inuenere alterius dictiōis ⁊ tēporis. Quibus liquido perspexeris nullis hoib⁹ nos posse inuidere. Excultiori eloquio ferme ad hec tempora caruim⁹: q̄ post Gotticū bellū: quo tempore barbaries vigere incepit: ipsa parens lingue latine Italia suamet sermone nedum Germanie caruerāt. Sed hec rerū regina oratio spero non diu fore q̄ apud nostros cumulatissime erit: vt nostrum imperiū Ro/manū propria lingua non careat: ⁊ lingua Romana letet suo imperio iungi. In qua quidem re preclarissima pro virili amice suauissime te laborasse ostendunt

Grauitas ⁊ nitor orationis tue ⁊ verborꝝ proprietas: non etiã doctissimis Italis
depudenda. Uerũ his omissis q̃ me hortaris vt post tot tamq̃ immensos ex-
haustos labores quibus Uenetijs septenniũ fortuna me varie iactante veratus
sum: aliquid nostris vigilijs cudam: omne meum consiliũ velim teneas: me ad
hanc diẽ diligẽti opera ⁊ studio q̃probatissimorꝝ mathematicorꝝ opera curasse
vt formulis imprimenda emẽdatissima traderent: quo studiosi harum rerum
ex purgatissimis fontibus doctrinam hauriret: id existimo me non incassum la-
borasse: ⁊ nunc laboro: vt Johannis de monte regio Breuiariũ in Almagestum
Ptolemei meo ductu ⁊ auspicijs castigatissimũ in lucem prodeat. Cui annecten
dum perquirim⁹ libros Johannis eiusdem de omnimodis triangulis opus in
inspectione totius Sideralis scientie vtilissimũ. Que etiam nos publice profi-
rebimur: vt horum virorum quantũ in me est honos prouehat: ⁊ astronomico
negocio consulam⁹. Hec vbi peracta erunt non erubescemus cogitatis nostris
libertatẽ donare: vt sub tua ⁊ reliquorꝝ amicorũ tutela in lucem tuta prodeant.
Interim Diui Alfonsi astronomi exactissimi tabulas: in facillimũ ordinem no-
stra opera redactas accipies: ne quis amplius difficultate perterritus relicto
principe tabularũ ad alios minoris veritatis se conferat. Quibus aliquas etiã
tabulas addidimus: quo opus completius esset. Necnon canones partim a me
confectos: partim ex plurimis laudatis auctoribus excerptos adiunxim⁹. Erũt
autẽ he tabule mei in te amoris ⁊ obseruãtie argumentũ: donec nostris exancla
tis laboribus erumnosis aut paria aut potiora mittamus Uale: ⁊ me vt soles
ama. Anno Christi siderũ conditoris. 1492. Pridie Caleñ. Nouẽbr. Uenetijs.

Tabule Celesti tuum Diui Tabulaꝝ um Ado Alfonsi Regis Romanorum et Castelle Illustrissimi.

Necnon stellarū fixarum longitudines ac latitudines ipsius tempore ad mo tus veritatē mira diligentia reducte: Ac in ipsas primo tabulas Alfonsi ca nones siue propositiones ordinatissime Incipiunt Felici Sidere.

Canon siue Propositio prima.

Tempus quodlibet: ꝛ eram quamlibet ex tabu lis ad hoc factis extrahē. ¶ Tempus igit qd cunq; siue Era quecūq; facile extrahit: si pri⁹ta bularū erarū dispositiones dignoscenk. Sunt itaq; tabularū tempoꝝ siue erarū quattuor cō munes. Quarum prima tabula tempoꝝ siue erarū differētie: seu differentiarū vnius regni ad aliud ꝛc̄ inscripta: in ordine primo numeroꝝ annos romanos ꝛ dies: in secūdo ỽo ā ȝ ꝛ ı iuxta vsum harum tabularū illis equipollentia in tempore complectens: differētiā ere cognite illius quā inscriptio edirecto versus dextrum exprimit: cōmodissime declarat Hoc q; cuilibet ex tabula ipsa erit manifestū. ¶ Tres relique tabule cōmunes: sunt edite ad reducendū annos alicuius ere ad ā ȝ ꝛ et ı. Quarū prima est ad reducendū annos solares bisextiles. Que in tres diuiditur particulares tabellas. Prima earū est de annis collectis. Secūda de annis expansis. Que qdē secūda iterū in tres subdiuidit particulas. Particula prima est de annis expansis: quoꝝ q̄r tus est bisextilis. Secūda de annis expansis: quoꝝ tertius est bisextilis. Tertia est de annis expansis: quoꝝ secūd⁹ est bisextil. Tertia ỽo particularis tabella est de mensibus: ꝛ etiā diuidit in tres partiales tabellas. Prima earum est de mensibus incipiētib⁹ a Januario. Secūda de mensibus incipiētibus ab Octo bri. Tertia de mensibus incipientibus a Septembri. Et in qualibet istarū men ses bis replicant: Quia supiori vl p̄mo loco ponūt mēses anni nō bisextil. Scōo vl inferiori mēses anni bisextil. ¶ Scōa tabula cōmunis ē ad reducēdū annos solares nō bisextiles: Habet q; particulares tabellas q̄ttuor: videlicet tabellā an noꝝ collectoꝝ: tabellā ānoꝝ expāsoꝝ: ꝛ tabellas duas diuersas mensiū. ¶ Ter tia tabula cōmunis est ad reducēdū annos Arabū: qui sunt anni lunares. Que etiam habet tabellas quattuor: videlicet duas annoꝝ collectoꝝ. Tertiā annoꝝ expansoꝝ. Quartā mensiū Arabum. ¶ Preterea vltimo tabula omnibus eris

generalis cõpoſita adiacet: ad reducendũ quaſuis eras ꝑ annos latinos Alfonſi regis. Que ſcõm numerũ nouẽ erarũ in tabellas nouẽ particulares annoꝝ collectoꝝ diuidit. Quas tabella cõis illis annoꝝ expanſoꝝ vna cum tabella menſiũ bis replicatoꝝ a Junio inchoantiũ. ſ. non biſextiliũ ſupitus: inferius autẽ biſextiliũ ſubſequit in calce. Quę qdẽ ſingula tituli tabularũ tabellarũq; particulariũ poſiti in fronte lucide indicent cuicũq; intuenti. ¶ Sed lucidioris intelligẽtie gr̃a hic eſt animaduertendũ: ꝙ anni collecti dicunt hi qui deſcripti in tabulis ꝑ 20. annos a ſe inuicẽ diſtant: vt in principio tabularũ extractionis erarũ in ꝓmo ordine numeroꝝ facile intelligi poteſt. Addẽdo enĩ ad primos annos collectos 20. ſtatim excreſcũt ꝓxime ſequẽtes. Anni vo expãſi dicunt hi q ꝑ. 20. extenſi ſe ꝓtinue ſine interruptiõe ſequant: vt ad ſenſum in tabellis annoꝝ expãſoꝝ videt. Ubicũq; autẽ lr̃a. b. in tabella annoꝝ expãſoꝝ inuenit poſitũ: annũ fore biſextilẽ deſignat. Annus vo ſequẽs prim⁹ poſt biſextilẽ intelligit: deinde ſecundus: deinde tertius. ⁊ ſic conſequẽter: vt in tabellis ipſis annoꝝ expãſoꝝ ſicuti ⁊ in ceteris intuẽti eas apparet manifeſtiſſime. ¶ Preterea non diſplicebit intelligere non abſq; cauſa tabulas temporũ ⁊ erarũ tabulas motuũ antecedi. Tempus enĩ vti apud Ariſtotelem quarto phiſicoꝝ legimus: eſt menſura motus primi mobilis. Cum igit̃ motũ quempiã celeſtiũ intelligere deſideram⁹: neceſſaria eſt nobis tẽporũ precognitio ex tabulis temporũ: vt cognita tẽporis dimenſione motũ correſpõdentẽ ſibi deprehẽdam⁹ ex tabulis ipſoꝝ motuũ. ¶ Preterea aſtronomi priores motus corporꝝ celeſtiũ diligẽtiſſimis cõſiderationib⁹ obſeruãtes: eoſdẽ alio ⁊ alio tẽpore: temporib⁹. ſ. ſub diuerſis regũ ſiue principũ diuerſarũ nationũ poſteriorib⁹ deſcripſerũt. Que qdẽ item nationes diuerſam quãtitatẽ anni atq; principiũ variũ faciunt. Annoꝝ nãq; alij Romani ſiue Solares: alij Arabũ ſiue Lunares. Et de ſolaribus alij biſextiles: alij non biſextiles. Et de biſextilib⁹ alij incipiunt a primo anno poſt biſextũ: quidã in ſecũdo: ⁊ quidã in tertio. Et qdã a Januario incipiunt: alij autẽ in alijs menſibus. Ea de re igit̃ vt tabularũ iſtarũ doctrina ſit cõis oĩb⁹: diuerſe regum ⁊ principũ ere: ⁊ annoꝝ quãtitates atq; initia in iſtis tabulis erarum cõſcripta inueniunt. Que in expoſitione tabularũ earundẽ liquido patuit. Et tituli earum cuilibet non craſſo ingenio eas intuenti lucidiſſime cõmonſtrant. ¶ Ceterũ non incõmode ⁊ hoc quidẽ eſt hic notandũ ꝙ in temporũ diſtinctione: quã vulgus annis menſib⁹ ⁊ diebus ac horis peragit: ad vſum tabularũ iſtarũ Alfonſi: vt diuiſio temporꝝ diuiſioni motuũ correſpondeat: incedimus modo phiſico: ꝑ numerũ. ſ. ſexagenariũ. Hacq; via incedimus duplici: colligendo. ſ. ⁊ frangendo. Colligimus nanq; dies ab vno vſq; ad ſexaginta. ⁊ vocamus dies Prima. ⁊ cum collecta fuerint. 60. Prima: ponimus pro eis vnitatẽ: ⁊ vocant illa q̃ ibi colligunt Secunda. ⁊ cũ ꝓuenerint. 60. Secunda pro eis ponimus iterũ vnitatẽ: ⁊ vocamus Tertia. ⁊ cum de illis colligim⁹ vſq ad ſexaginta: pro illis etiã ponimus vnitatẽ: ⁊ vocant illa Quarta. Dicat ergo ergo breuiter ꝙ dies vocant Prima. ⁊. 60. Prima faciũt vnũ ſecundũ: qđ duplicatum 60. equalet Et 60 Secunda vnum Tertiũ valet: qđ diebus. 3600. equiualet: qui fere decẽ ſunt anni Romani. Et. 60. Tertia vnũ conſtituũt Quartũ. quod diebus. ⁊ 216000. equipollet. qui annos fere. 600. Romanos comprehẽdunt. Et vl

tra Quartā non progredimur nostro euo: cum multo plures essent anni q̄ indi
gemus anteq̄ seraginta Quarta complerent. Essent enim plus q̄. 36000. anni.
Que quidē Prima Secunda Tertia ꝛ Quarta ita in ordine se habent: vt semp
maior sūma ꝛ prior in tempore prius ꝛ versus sinistrū inscribat more Arabum:
minorq̄ ꝛ posterior: secundario et versus dextrum locetur in numerorū textu.
¶ Frangendo vo tempus sīr p̄ seragenariā incedimus diuisionē. Diuidimus
nāq̄ dies (quos vulgus horis. 24. distinguit) per seraginta particulas equales:
quas vocamus Minuta dierū. Et quodlibet minutū in. 60. Secunda. ꝛ quodli
bet Secundū in. 60. Tertia. Et ita consequēter vsq̄ ad Quarta Quinta Sexta
Septima ꝛ Octaua ꝛc. agere liceret: diminuendo si videret. Tempor autē hu
iusmodi diuisio est multū queniēs ad inueniēdū mor̄ celestes: cū distinctio mo
tuū (vti mox subsequēter patebit) fit p. 60. Statim enī cū scio q̄ aliqs planeta
moueat in die p vnū ḡ. scio q̄ in. 60. dieb⁹ mouet p vnū signū: qđ valet. 60. ḡ. Et
in vno minuto diei: qđ est sexagesima particula diei mouet pvnū minutū: qđ est
particula sexagesima gradus. Et ita de aljs pariter est intelligēdū. Fractio aūt
hec tp̄is vti iam dixim⁹ ex tabellis cōuersionis horarū ꝛ minutor ꝛc. in minuta
diei ꝛc. ꝛ ecōtrario ꝛc. facillime intelliget. Sunt enī due tabelle quas tituli ea
ostēdent. Quarū dispositio hec est. Tabellarū istarū prima in duas tabellas par
iculares diuidit. Prima inseruit quersioni horar tm̄ in minuta diei. Secunda
quersioni minutor secundor ꝛ tertior ꝛ quartor i minuta ꝛ secunda ꝛ tertia et
quarta diei indifferēter: vt in sua patebit propositione. Mutat enī ibi denomi
natio subscriptionis: vt si prima linea sunt minuta horē: in prima linea edirecto
sunt minuta dierū. Si secunda: proxima linea sunt secunda: ꝛ sic de aljs. Huius
rei ratio ē: quia sicut se hab̄ minutū horē ad minutuz diei: ita se hab̄ secundus
horē ad secundum diei ꝛc. Secunda tabula inseruit conuersioni minutor secun
dorum tertior ꝛ quartor ꝛc. diei in horas ꝛ minuta ꝛ secūda ꝛ tertia ꝛ q̄rta ꝛc.
ratione qua supra. Necessitas prime tabelle fuit: vt cognitis horis equalibus ꝛ
minutis ꝛc. transactis post aliquē diē completū: q̄ p operationes instrumētor vel
p horalogium sciunt: possem⁹ motus eis correspondētes p istas tabulas inuenire:
cum dies naturalis vti dictum ē: hic nō i horas: sed in minuta diex distinguat.
Secunde autē tabelle. s. quersiōis minutor diei ꝛc. in horas ꝛ minuta ꝛc. necessi
tas fuit: vt cognita aliq̄ iunctione vel eclipsi ꝛ huiusmōi: ꝛ hoc p tabulas istas:
in quib⁹ operamur p minuta diex: ꝛ non p horas: sicut dictum est in p̄cedentib⁹:
sciremus horas ꝛ minuta horar ꝛc. minutis diex ꝛ secundis ꝛc. equiualentia:
vt tp̄s illud p instāta q̄ p horas distincta sunt possem⁹ si opus esset obseruare ꝛc.
¶ Distinctio autē motuum celestium nō dissimili fit via q̄ in tpe. Gradus nāq̄ q̄
est pars sexagesima signi phīci: quor sex faciūt circulum vl reuolutionē. vel tri
gesima ps signi cōmūis: quor duodecim faciunt circulū siue reuolutionē. Dicit
hoc in loco. s. incollectiōe motus integrum. Igit cum collecti fuerint. 60. gradus:
ponit p eis vnum signum phīcum. in istis tabul frequētius: licz in nōnullis tabu
lis hic insertis: si. 30. gradus colligunt: p eis ponit vnum signum cōmune: vti pa
tebit opanti. In fractiōe aūt mor̄ diuidit. ḡ. in. 60. m̄. ꝛ minutū. i. 60. ā. ꝛ secun
dum in. 60. b̄. ꝛ tertium in. 60. c̄. ꝛ ita si libuerit vltra modo illo quo fit in tpe.

CRatio autē istius: cur Astronomi operationes suas vtplurimū sexagenario numero perficiūt: est ista. Tempus enī ꝛ motus celestes sunt de numero continuorū. Continuū autē licꝫ potest suscipere diuisionē quantamcūqꝫ. est enī diuisibile in semp diuisibilia: Ꝫ quia nullus numerus sub centū est ita aptus ad diuisionē vt sexaginta. Diuidit enī in duas partes: ut in ter 10. Diuidit in q̄ttuor partes: vt in quater. 15. Diuidit in quinq̄ partes: vt in quinquies. 12. Diuidit in sex partes: vt in sexies. 10. ꝛ ita consequēter ꝛc. Merito ergo astronomi calculantes i tabulis: suas operationes numero sexagenario frequētius perficiūt.

CUltimo hic non est ignorandū: q̄ Era est tēporis dignitatis honoris vel memorie gra incboati ab aliquo euo regum siue principū digno memoria vsqꝫ in aliud considerationis siue propositū tempus cōmoda cōnumeratio.

TEmpus igit quodlibet: hoc ē Numerꝰ annorꝫ mensiū atq̄ dierū a principio alicuius ere note incipientiū trāsactorꝫ ad ā ꝫ ꝟ et ī per tabulas ad hoc factas reducē: siue erā aliquam constituere. Intra ḡ cum numero annorū colle-ctorꝫ in tabulas deseruientes illi ere: scōm q̄ potes videre p titulos tabularū. Et si prescise poteris numeros illorꝫ annorꝫ inuenire: inuenies in directo ā ꝫ ꝟ et ī illis annis equipollentia. Si vo non inueneris prescise: accipe numerū minorē propinquiorē ꝛ ā ꝫ ꝟ et ī que inuenies in directo scribe extra ad partē eodē ordine quo sunt. Deinde residuū annorꝫ vel minorē propinquiorē quere vt prius in eisdem tabellis: et ā ꝫ ꝟ et ī ibi inuenta scribe extra sub alijs: quodlibet sub suo genere. s. ā sub quartis ꝫ sub tertijs ꝛc. ꝛ iterū intra cum residuo: si sit residuū: intrando in tabulas tam annorꝫ collectorꝫ q̄ expansorꝫ quotiēs oportuerit. Et fiet cū mensib⁹ cōpletis opare i tabella mensiū supiorꝫ siue prioꝫ si ann⁹ fuerit cois vl nō bisextil: siue iferiorꝫ vl posteriorꝫ si fuerit bisextil sp subscribēdo ex sub alijs qd̄ inuenies i directo: qōlibꝫ sub suo genere: quousqꝫ totū numerꝰ ānorꝫ ꝛ mēsiū tolles. Si aūt restāt aliq dies de mēse imperfecto: quia ipsi sunt prima: scribe eos sub alijs primis. Quo facto aggrega omnia ad inuicē: incipiendo a primis. Et si ex aggregatione istarū ad inuicē excrescūt. 60. adde vnitatē in ordine secūdorꝫ. Eodem modo si ex aggregatione secundorꝫ ad inuicē excrescunt. 60. adde similiter pro illis vnitatē in ordine tertiorꝫ. Et etiā si aggregatione tertiorꝫ ad inuicem excrescūt. 60. adde pro illis vnitatē in ordine quartorū. Residua vo sint in locis proprijs. Quo facto ā ꝫ ꝟ et ī que in toto numero annorꝫ mensiū ꝛ dierū propositorꝫ cōtinebant: tibi pueniēt. Et era quā volebas est constituta. CEt vt res he facilius capient vtemur exemplo.

Ponat q̄ cupiamus reducere annos menses ꝛ dies qui trāsfluerint a tempore ere Christi note vsqꝫ ad annū propositū siue currentē. 1492. die. 20. Junij. Intrabo igit cum numero annorū propositorꝫ cōpleto. s. 1491. in tabulam propriā cōmunē annis Christi. sed non inuenio in linea numeri annorꝫ collectorꝫ. 1491. simul: sed bene inuenio. 1000. ꝛ in directo ei⁹ inuenio ā. 1. ꝫ. 41. ꝟ. 27. ī. 30. que scribo extra ad partē: scōm ordinē eorꝫ quo ponent. ꝛ remanent anni. 491. quos iterū in eadem tabella annorꝫ collectorꝫ quero: ꝛ eos non inuenio prescise

ſed bene inuenio.400.annos.ꝛ in directo eorũ inuenio ā.0. ꝫ.40. ī.35. ĭ.0 que ſcribo extra ſub alijs quodlibet ſub ſuo genere: videlicet ā ſub quartis ꝛc. et remanẽt anni.91.quos iterũ in eadem tabella annoꝝ collectoꝝ quero.ꝛ eos iterũ non inuenio preſciſe: ſed bene inuenio numeꝝ propinquiorẽ minorẽ.ſ.80. et in eoꝝ directo inuenio ā.0. ꝫ.8. ī.7. ĭ.0.quos iterũ ſcribo extra ſub alijs quodlibet ſub ſuo genere ꝛc.vt ſupra.ꝛ reſtant anni: qui non inuenient in tabel la eadem annoꝝ collectoꝝ: cum illa non habeat ita paruũ numerũ. incipit enĩ a 40. Intro igit in ſecundam tabellam: que deſeruit annis expanſis Chriſti:ꝛ inue nio intentũ.ſ.annos. 11.ꝛ in directo eoꝝ inuenio ꝫ.1. ī.6. ĭ.57.que iterũ ſub alijs extra ſcribo: quodlibet ſub ſuo genere ꝛc. Sed ſi forte non inuenirẽ propo/ ſitum ita preſciſe: vtputa ſi reſiduũ annoꝝ cum quo intrarem in hanc tabellam annoꝝ expanſoꝝ eſſent anni.16. intrarem primo cum annis minoribus propin/ quioribꝫ.ſ.10.ꝛ quod in directo eorũ inueniret ſcriberẽ iterũ extra ſub alijs ꝛc. Deinde cum reſiduis.6.annis iterũ intrarẽ in eandẽ tabellam annoꝝ expãſoꝝ: ꝛ quod in directo eorũ inueniret ſcriberẽ ſimiliter extra vt ſupra. Sed redeam⁹ ad eram propoſitã noſtrã: vbi remanent ex predictis annis expanſis menſes.5. quos quia eſt annus biſextilis quero in tabella inferiori menſium Chriſti:ꝛ eſt Maius completus.ꝛ in directo eius inuenio ī.2. ĭ.31.que ſimiliter ſcribam ſub alijs ꝛc.vt ſupra. Et vltimo reſidui ſunt dies.20.qui quia ſunt prima eos ſcri bo ſub primis. Et deinde omnia iſta aggrego ad inuicẽ: quodlibet ad ſuum ge/ nus ſcõm modũ ſupra dictũ ꝛc.ꝛ numerus quartoꝝ tertioꝝ ſecundoꝝ ꝛ primoꝝ qui prouenerit: eſt numerus quem volebamus.ſ.eram anni currẽtis. 1492. die 20. Junij reductã: ita videlz ā.1. ꝫ.31. ī.19. ĭ.19. Que oia i operatiõe ſup/ poſita cernere ligdiſſime poteris.

Numerus ãnoꝝ. 1492. Die. 20. Junij. cur/ rentiũ. Numerus annoꝝ pfectoꝝ. 1491.

Menſes.5. Dies.20.	i	ī	ꝫ	ā
Anni collecti	1000	1	41	27	30
Reſiđ.collectoꝝ	400	0	40	35	0
Reſiđ.minoꝝ coll'.	80	0	8	7	0
Anni expanſi	11		1	6	57
Menſes	5			2	31
Dies	20				20
Era		2	31	19	19

Propoſitio ſecunda.

Re alicuius ignote quarta tertia ſecun da ꝛ prima a princi/ pio alicuius ere ex eris in iſtis tabulis poſitis tranſacta vel incipientia per aliquam aliam eram cognitã inuenire. Cognitis quartis tertys ſecundis ꝛ primis a principio alicuius ere note ꝛ propoſite per primã.ſ.precedentẽ propo/ ſitionẽ: Tunc ex tabula differẽtiarũ vnius regni ad aliud: ſcias differentiã inter eram cognitam ꝛ incognitã: aut ecõuerſo: videlicet quot ā ꝫ ī et ĭ ſint inter eram tibi notam ꝛ aliam ignotã. quã differẽtiã ſerua. Deinde ſcies etiã vtrum era cognita precedat eram incognitã: aut econuerſo. Quo cognito adde differẽ tiam.ſ. ā ꝫ ī et ĭ que ſunt inter duas eras ad ā ꝫ ī et ĭ que habes: ſi prece/ dat era ignota. vel ſubtrahe eandem ſi ſubſequat. Et numerus poſt augmentũ vel diminutionẽ prueniens oſtendit ā ꝫ ī et ĭ a principio illius ere incognite per tranſita vſq; ad tẽpus cõſiderationis tue: vel tempus propoſitũ. Verbi gra

Volo ere ignote.s.a tempore diluuij vsq; modo quarta tertia ꝛč.scire p quarta tertia ꝛč.transacta a tēpore ere Christi vsq; in tēpus presens.s.ad vigesimū diē Junij anni currētis. 1492.que mihi sunt nota p propositionē primā.s.precedentē primo.ꝛ sunt ā .2. ꝫ .31 . ī . 19. ĭ . 19. Tūc videbo in tabula differētiarū ꝛč. qt ā ꝫ ī et ĭ sunt inter Diluuiū ꝛ Christū.ꝛ inuenio ā .5. ꝫ . 14. ī .43. ĭ .39. que addam ad illam quam habui: quia Diluuiū precessit Christū.ꝛ proueniunt ā .7. ꝫ .46. ī . 1. ĭ .58. Et est propositum.

Propositio tertia.

Re alicuius q̄rtis tertijs secūdis ꝛ primis cognitis: numerū annoꝝ mensiū ꝛ dierum in eis contētoꝝ inuenire. Et est conuersum prime propositionis. Si volueris hoc: Intra cum numero quartoꝝ ꝛc.a principio alicuius ere pertransitoꝝ in tabulam propriā illi ere: que tibi per titulos patebit: videlicet Quere eum numerū in quattuor ordinibꝰ numeroꝝ sequentibꝰ ordinē primū.s.annoꝝ collectoꝝ. Et si eū numerū poteris precise inuenire: annos quos inueneris in directo scriptos in primo ordine numeroꝝ: sunt anni quos queris correspōdentes. Si autē ea precise non inueneris tunc quere etiā in eadē tabella numerū minorē propinquiorē.ꝛ numerū annoꝝ in directo inuentū extra scribe. Postea illa ā ꝫ ī et ĭ quoꝝ numerus erat minor q̄ numerus illoꝝ cum quibus debebas intrare: subtrahe ab illis.ꝛ cum residuo: vel cum minori propinquiori intra iterū tabellam eandē: vel annoꝝ expāsorū: in quibus poteris illū numerū vel minorē propinquiorē inuenire.ꝛ semp numerū annoꝝ in directo inuentoꝝ scribe extra sub alijs prius scriptis. Deinde semp cum residuo totiens intra tam in tabellas annoꝝ collectoꝝ q̄ expansoꝝ: ꝛ etiā mensiū: semp subtrahēdo vt prius. Et annos ꝛ menses quos in directo eorū inueneris: sub alijs annis scribe: quousq; nihil fit residui de propositis q̄rtis tertijs secundis ꝛ primis. Vel saltē si sit residuū: ꝛ sit ita parū q̄ non possit complere mensem sequentem: tunc illud residuum erit dies mensis incompleti sequentis menses quos per operationē inuenisti. vel erit dies primi mensis nondū cōpleti si nullū mensem habuisti.ꝛ qđ ꝓuenit: est propositū. Sciendū q̄ tñ in ista propositione ꝛ in precedenti: q̄ si annus incompletus fuerit cōis vel non bisextilis oportet te intrare in tabellam mensiū vel superiorē vel priorē.ꝛ si fuerit bisextilis: intra in tabellam mensiū inferiorē vel posteriorē. Sic enī menses in tabellis suis duplici positione (ratione opificij cogēte) mutēti eos se efficerēt. Huius rei hoc vide exemplū. Sit Ere Diluuij numerus reducēdus in annos ꝛ mēses Christi ꝛč.iste. ā .7. ꝫ .46. ī . 1. ĭ .58. Sed quia querēdo istum numerū in tabula propria.s.Christi in quattuor ordinibus numeroꝝ post lineam numeri annorum eum precise non inuenio: accipio igit numerū minorē propinquiorē ei: hunc videlicet ā .6. ꝫ .45. ī .50. ĭ .0. cuius annos in directo sibi correspondētes scribo extra: videlicet. 4000. Residuū ex subtractione minoris a maiori numeroꝝ iam habitoꝝ proueniens est iste: videlicet ā .1. ꝫ .8. ī . 11. ĭ .58. Sed

querendo in tabula istū nūex eam itex nō inuenio precise: accipio ergo iterum numerū propinquiorē: hūc videlicet ā .o.ī .50. ī .43. ĭ .45. Cuius annos in directo sibi correspōdentes iterum extra notabo: videlicet. 500. Residuū quoz iterum ex subtractione minoris xc. pueniēs est hoc: videlicet ī .9. ī .28. ĭ .13 Sed querēdo itex nō inuenio eū vt s. numer⁹ minor propinquior est iste ī .8. ī .7. ĭ .0. Cui⁹ anni corrūtes sut. 8. Residuū iterū mō q s. pueniēs ẽ hꝫ ī .1. ī 20. ĭ .13. Quod querendo quia non inuenio id in tabula annoz collectoz: sed in tabella annoz expansoz: non tñ precise inuenio. iccirco accipio iterum numerum propinquiorē minorē: hūc videlicet ī .1. ī .19. ĭ .8. Cuius annos correspondētes iterum noto extra: videlicet. 13. Residuū vltimo ex his subtrahēdo proueniēs; quia querēdo ipsum non inuenio in vtrisqz tabellis: inuenio id in tabella mensium inferioz: quia annus est bisextilis: sed non precise. Minor igit x propinquior est iste: videlicet ī .2. ĭ .5. Cui correspōdent menses. 4. Et ex subtractione istorum vltimo duorum restant. 5. qui sunt dies. Qui anni ita extra scripti simul additi erunt illi qui a quartis tertijs xc. illius ere continebant numero. s. 4593. Menses. 4. Dies. 5. Et hoc est propositum. ¶ Per istam propositionē x duas precedētes Ere cuiuscūqz volueris poteris habere noticiam: dum tñ aliqua ex eris hic positis sit tibi nota. Potes enī verbi gra cognoscere p primā propositionē ā ī ī et ĭ transacta a tēpore Christi vsqz in tempus presens Per tertiā vo propositionē ā ī ī et ĭ a tempore Diluuij vsqz ad tēpus Christi. Et per presentem propositionē poteris scire annos a tempore diluuij vsqz in presens tempus. Et est idem in omnib⁹ alijs eris xc.

Propositio Quarta.

Horarum propositarū: x minutoz hore: x aliarū fractionū ad minuta x alias fractiōes vierum per tabulas ad hoc factas reducere. ¶ Cū tibi hoc cōtigerit scire Intra tabulā cōuersionis horarū in minuta x ī vierū: x quere numerū horarum propositarū in linea que intitulat Hore. x minuta que in directo inuenies scribe extra. Deinde cum numero minutoz hore intra tabulam que intitulat Tabella ad sciendum minuta vierum x eoz fractiōes per minuta horarum xc. x querendo numerū minutoz hore in linea numeri: x illud quod inuenies in proxima linea post lineam numeri sunt minuta vierum: x in sequenti ī postea ī sicut patet p subscriptionē. Deinde si habes ī hore: intra cum eis in eandem tabellam in linea numeri. x tunc illud quod inuenias in proxima linea post lineā numeri: sunt ī vierum: x in sequenti ī postea ā. Ultra si intras cum tertijs horarum: tunc in proxima linea sunt ī vierum. Et ita si cum ārtis horarū intras: tunc in proxima inuenta linea sunt ā vierum. x sic de alijs Quo facto adde omnia ad inuicē quodlibet ad suū genus. x quod post additionē puenerit: erunt minuta x ī x ī et ā vierum: horis propositis x horarū minutis secūdis x tertijs equiualentia. ¶ Sint exēpli causa hore. 14. mñ. 36. horis primo. 14. in linea numeri horarū inue-

tis inuenio in directo die.o.m.35. ĩ .o. Similiter inuentis minutis horarũ.s.46 in linea numeri minutor:inuenio in directo eor m̃.1. ĩ .30. Similiter in eisde lineis numeri inuentis secũdis.45.inuenio in directo mutando denominatione ĩ .1. ĩ .52. ī .30. Que simul addita sunt m̃.dierũ.36. ĩ .31. ĩ .52. ī .40. Et ita in ceteris. Et habes propositum.

Propositio Quinta

Minuta dierum et ĩ et ĩ ꝛc.ad horas ꝛ minuta horarum ꝛc. reducere:ꝛ ẽ conuersum propositiõis precedẽtis. ¶ Numerũ minutor dier quere in linea numeri in tabula que Conuersionis minutor dierũ in horas ꝛ minuta horarum ꝛc.inscribitur. Et numerus quẽ inueneris in proxima linea: sunt hore:ꝛ in sequenti minuta horarũ:sicut suprascriptio manifestat. Scribe ea extra. Deinde intra cum secundis dierũ in lineam numeri in eadem tabula.ꝛ tunc quod inueneris in proxima linea sunt minuta horarum:ꝛ postea ĩ .Scribe ea sub alijs prius scriptis:quodlibet sub suo genere. Deinde intra cum tertijs dierum si habes ĩ .ꝛ illud quod inueneris in proxima linea sunt ĩ horarum:deinde ĩ .Scribe ea sub alijs prius scriptis. Et sic semp mutat denominatio suprascriptiõis scõm diuersos introitus. Quo facto adde omnia ad inuicem: ꝛ resultans propositũ. Nec quia facilia sunt intellectu industrie cuiuscunq; relinquunt exempla.

Propositio Sexta.

NOtam anni mensis vel diei cuiuslibet:hoc est feriam:per tabulam ad hoc factã inuenire. ¶ Reductis annis mensib⁹ꝛ diebus ad ī ĩ ĩ et ĩ per primã huius:Accipe ex tabula notarũ anni scribendo eã radicẽ id est numerum feriarũ,per quem intrauit illa era ad quã operaris:quã habes in tabella in fronte tabule. Deinde cũ numero quartor intra tabulam Notar in linea numeri cõmunis.ꝛ numerũ inuentum in directo sub numero tituli quartor scribe extra sub numero radicis. Eodẽ modo fac de tertijs secundis ꝛ primis:scribendo vnũ sub alio. Postea totũ adde simul.ꝛ quod puenit: p septẽ diuide. Aut aliquid erit residuũ:aut nihil. Si nihil: dies sequẽs intrabit in prima feria:hoc est dñica die. Si vo aliquid fuerit residuũ: tunc intrabit per talem feriam qualis est numerus infra.7.remanẽs. Vt exempli gra Si velim inuenire quotta feria sit dies.21.Junij anni currẽtis. 1492.huius mẽsis vsq; ad.21.diem exclusiue Junij est era p primã reducta hec ī .2. ĩ .11. ĩ . 19. ĩ . 19. Accepta radice incarnatiõis ex tabella:videlicet.7.inuenta ꝛscripta Deinde cũ numero quartor ere que sunt.2.in linea sub titulo quartor accipio 2.que scribe extra. Deinde cum numero tertiorũ que sunt,11 in linea sub titulo tertior inuenio.6, que scribo sub alijs. Cũ numero secundor que sunt. 19. acci-

pelli sub secūdo titulo numerū inuenies.f.6. qui sub alio scribēdo ei sit positus: iterū cum primorū numero.s. 19. sub titulo primo accipio numerū.5. que simul addita sunt.26. Que deinde diuisa per.7. exit residuum diuisionis numeri.5. qui demonstrat q dies ille.21. Junij est, quinta feria incipiendo numerare ad hanc: hoc est dies Jouis. Et habes propositum.

Propositio Septima.

MOtum celestium quemlibet verum: id est punctū Zodiaci sub quo motus sit centraliter celestis corporis: Secundi videlicet mobilis: hoc est Augium et Stellarū fixarū Sideree sphere: hoc est trepidationis vel Accessus et recessus. Item Solis et Lune Planetarūq; ad quodcunq; tempus datum siue eram datam. ad quemcunq; meridianum per tabulas ad hoc factas nuenire. ¶ Motum verum quemcunq; inuenies per hanc facile: si triū tabularū (que huius rei gra sunt composite) dispositionē prius intelliges. Sicut enī pro inuentione cuiuscūq; veri motus ad tempus datū necessario concurrunt tres res. s. Radix: Medius motus: et Equatio: quibus verus motus elicit: Ita et tabule tres huius rei gra sunt cōposite. Quarū prima est tabula radicū. Secunda tabula medij motus. Tertia tabula equationū. Quarū expositio quo ad dispositionē et operationē ordine subsequitur gratia maioris cōmoditatis. ¶ Sed anteaq; ad rem ipsam accedamus: cū in tabulis his motuū vtplurimū signa planetarūq;: vt breuitati cōmode cōsulet: characteribus suis notati iueniunt: ne quenq; curiosū eorū ratio latens perturbet: ea exponere hic volui: consulto. Caracteres enī signorū figurant seu scribunt p respectū ad imagines quibus ipsi nomina sunt i celo sortiti. Aries enī p cornua ipsi⁹ caracterisat: vt sic ♈ Taurus p cornua in capite: sic ♉ Gemini p duos tractus cōiūctos: que amplexū castoris et pollucis designat: vt sic ♊ Cancer p oculos cōtra se positos Ille enī piscis oculos trāspositos facie et a tergo habere videt: vt sic ♋ Leonis figura p caudam ipsius a posterio: ib⁹ demissam figuratur: vt sic ♌ Virgo p fimbriā pallij virginalis significat: vt sic ♍ Libra p figurā illius instrumēti: vt sic ♎ Scorpi⁹ p aculeū post duos tractus emissum: vt sic ♏ Sagictarius p simplicē sagictā: vt sic ♐ Capricorn⁹ p pedē sup quē chorda trahit: vt sic ♑ Aquari⁹ p aquā guttatim defluentē: vt sic ♒ Pisces per duos pisces dorso conūctos: vt sic ♓. ¶ Planetarū vo characteres figurant seu scribunt p respectū ad imagines: quibus diui homines effictione poetica apud grecos effingebant. Saturnus enī effingit in figura hominis senis incuruati cū falcastro et ideo character ipsius est ad silitudinē quandā talis hominis ♄. Juppiter autē q est fulminū dns et auctor: qō fulmen triplex apud philosophos inuenit. s. tangēs findens et adurēs: pro tanto sic caracterisat ♃ ad denotādū fulmen triplici tractu. Mars autē cū sit dns armoz et belli: telo bellico signat: vt sic ♂. Deinde Sol quoniā figura Appollinis poetice effingit habēte in manu pomū aureū. circulo eiusdē pomi similitudinē habente figurat

vt sic ☉ Veneri aute figura q̄ duplicia tela gestat: aurea videlicz & plumbea quibus solet ferire amantiū corda: ideo duplici tractu recto figurat: vt sic ♀
Deinde sequit ☿Mercurius: quem cum galero (ad vesignandū per ipsum sapientiam opertam) depingunt: At cum alis ad pedes: volentes ipsius officium designare: videlicet esse deorum velocem nunciū. Ideo sic caracterisatur ☿
Ultimo ☽ua sub semicirculari: qua pluries ī celo ꝓspicit figura subest: vt sic ☽
Non tñ negemus quia z isti caracteres aliter figurari possent: cū z iam diu eos aliter figuratos apud plures inuenimus beneplacito suo cōsuetudineq; ducti.

Propositio Octaua.

EX tabula radicū radicem quamcūq; inuenire. Dispositione tabule radicū cognita: inuētio radicis facilis erit. Tabula radicū quia cōmunis est ceteris: radices omniū motuū z argumentoꝝ medioꝝ cōtinet in tabellis. 17. particularibus: quibus diuisa est. Et quelibet tabella in decem: iuxta decē eras hic positas diuidit radices illis eris inseruientes: vt nemini cuiuscūq; nationis z vsus erarum calculandi ex his tabulis motus deneget cōmoditas. Sed quia nos ob honorem dñi nostri Jesu Christi potius sua era sacra (vti christiani nominis homines decet) vtimur: z frequentissime: radices omnes incarnationis Christi conscriptas motuū in singulis tabellis: vt promptior esset nobis eoꝝ inuctio volentibus ipsis vti charactere crucis in principio posito notaui non incōmode. Que omnia in tabula ipsa manifestissima sunt. ¶ Est z hic notandum: q̄ tabula ista est prima tabularum motuū: Nam ad inueniendū aliquē motum ea primo indigemus. z absq; radice impossibile est aliquē posse motū inuenire. Unde sciendū: q̄ radix motus alicui⁹ nihil aliud est q̄ locus circuli signoꝝ in quo fuit ille motus in principio illius ere cui⁹ est radix. Verbi gratia. In tabula radicis Solis radix incarnationis Christi est ♑.3.g̃.3 8.m̃.21. ꝛc. hoc est dicere vbi terminat numerus in Zodiaco: incipiēdo cōputū ab Ariete in meridie vltime diei Decembris: siue in principio Januarij Ibi enī dies Januarij p̄m⁹ incipit ī meridie: z in sequenti primo sui ipsius desinit meridie: Dies nanq; semp a meridie diei p̄cedentis incipiendo vsq; in primū sequentis diei meridiē durat more astronomico: z iccirco potius ī meridie q̄ pars sit nobilior diei: ꝓpt vim magnā z fortitudinē sol: qua radius suus fortius z validius in hec inferiora infigit: cū sit ꝓpendicularis ī illa parte diei. s. ī meridie sole ibidē exīte. Et hoc intellige de omnib⁹ medijs motibus. Radix vo alicui⁹ argumēti loquēdo de argumēto ī epiciclo: ē distantia corpoꝝ planete ab auge media epicicli: ī p̄ncipio illi⁹ ere cui⁹ ē radix. Verbi gra: In tabula radicū argumēti Lune radix icarnatiōis est. ♑.2.g̃.19. ꝛc. hoc est dicere tēpore Christi ī p̄cipio Januarij: vl in vltima die decēbr. sicut dixi: distātia corporis Lune ab auge media epicicli fuit tāta. Sicut enī medij mot⁹ computant ab Ariete in circulo signoꝝ: ita argumēta media ab auge media epicicli cōputant. ¶ Preterea est sciendū radices istas oēs istius tabule esse firmatas sup meridianū Toleti:

quod est oppidū Hispanie celebratissimū: vbi tabule iste motuū olim ductu illu strissimi Alfōsi regis Castelle fuerūt cōposite. Nō tñ ob hoc cetera loca fraudenf. Sed quēadmodū ipsis radicib⁹ nō mutatis quasi cōmunes omnib⁹ meridianis vtemur: ppositio sequēs primo edocebit. Dicunf aūt radices iste scōm quandā similitudinē. Sicut enī radix in arbore est fundamentū augmenti ꝛ fructuū: ꝛ presupponif radix in arbore: Sic motus celestiū ꝛc. inuenti ad eras hic positas sunt fundamentum inuētionis ad tempus considerationis: siue propositum ere cuiuscunq; siue preteriti siue futuri motus. Radicē igif mot⁹ quācūq; si volue ris: siue radicē Scōi mobilis: hoc est Augiū ꝛ stellarū fixarū: siue Trepidatio nis vel Accessus ꝛ recessus. Item Solis ꝛ Lune: Capitis draconis. Itē radicē Argumētoꝝ Lune Veneris ꝛ Mercurij. Item radicē motus Martis Jouis ꝛ Saturni ꝛc. Radicē item Elongationis Lune a Sole: siue Argumenti latitudi nis Lune: querēdo eas in tabula radicū: nisi prorsus ebes sis ingenio: inscriptio tibi radicem quā cupis q̄cōmodissime in sua tabella ostendet: Jccirco hic non occupemur exemplo.

Propositio Nona.

EX tabulis Mediorū motuū quorumcunq; dispositiōe eaꝝ cognita: mediū motū qnēlibet: hoc est punctū mediū excessus velocissimi motus sup tardissimū centri corpoꝝ celestiū in Zodiaco: ad quodcūq; tempus datū siue eram datā: ad quemcūq; meridianū inuenire. ¶ Tabularū mediorū motuū: quorū tredeci in his tabulis locis suis positi iuenienf. s. Secundi mobilis: hoc est Augiū ꝛ stellarū fixarū. Trepidationis hoc est Accessus ꝛ recessus sidoree sphere. Itē mediū motū Solis: qui semp est ꝛ Veneris ꝛ Mercurij. Et mediū motū Lune: ꝛ Capitis draconis. Itē mediorū argumētoꝝ Lune Veneris ꝛ Mercurij. Mediorū motuū Martis Jouis ꝛ Saturni. Ultimo tabula Elongationis Lune a Sole: ꝛ tabula argumenti latitudinis Lune. Eaꝝ dispositio est cum lineis numeri: que quartis tertijs secūdis ꝛ primis sunt cōmunes ere cuiuscūq;. Quibus edirecto mutatis denominationib⁹ motus i signis ḡ m̄ ẍ ȝ ꝛ 4̈ correspōdēt eis ascripti: prout propositio hec inferi⁹ exponet: ꝛ tituli in fronte ꝛ in pede tabule cuiuscunq; admonent.

MEdium igif motum si velis inuenire. Et est propositio generalis. Reduc totū tempus incipiēs a principio alicuius ere tibi note vsq; ad diē consideratiōis tue: siue ad temp⁹ propositū ad 4̈ ȝ ẍ ꝛ ï p ṗmā hui⁹. Siīr reduc horas ꝛ minuta hōꝝ ad minuta ꝛ ẍ dierū: si habueris horas ꝛ minuta horarū vltra diem considerationis tue: siue tempus propositū: p quartā Equatione tñ dierū prius ab ipsis subtracta p modū vti do cef i tabula regionū: ¶ Et si forte loco habitatiōis siue ꝯsideratiōis exigente ad aliū meridianū q̄ Toleti velis inquirere motus: necesse est vt tempus distantie meridiani locū tue ꝯsideratiōis siue habitationē ꝛ Toletū interiacens addas tempori proposito ad quod vis reperire motus. si habitatio illa tua fuerit occi-

dentalior Toleto.aut subtrahē si orientalior fuerit Toleto.ꝛ tempus quod post additionē vel subtractionē puenerit:est illud cum quo operaberis.equatione thi dierū vt supra prius semp subtracta. Quo facto scribe primo radicē illius motus acceptū per.8.huius.s.precedentē ad tempus illius ere per quē operaris. Qua radice scripta extra ad partē: ingredere in tabulā illius medij motus quē queris cum numero quartor.ꝛ quod inueneris in quarta linea post lineam numeri.s.in linea que intitulat ā : illud sunt signa.in sequēti gradus.postea minuta ꝛc.per ordinē fractionū.Scribe igit ea extra sub radice prius scripta:quodlibet sub suo genere. Deinde intra cum numero tertior in eandē tabulam ꝛ qđ inueneris in linea que intitulat ī sunt signa.ꝛ in sequeti gradus ꝛc.per ordinē. Scribe igit ea sub alijs prius scriptis quodlibet sub suo genere. Postea intra cū secūdis.ꝛ quod inueneris in linea que intitulat ī sunt signa ꝛc.p ordinē. Scribe ea iterū extra sub alijs:vt predictū est. Deinde intra cum primis.ꝛ quod inueneris in proxima linea sunt signa ꝛc.p ordinē. Scribe ea iterū extra sub alijs more iam dicto. Quo facto si habes minuta dierū:intra cum eis ipsam eandem tabulam.ꝛ quod inueneris in proxima linea post lineam numeri sunt gradus.ꝛ postea minuta ꝛc.per ordinē. Scribe iterū ea extra sub alijs. Deinde intra cum secundis dierū si habes ī in eadē tabula.ꝛ quod inuenis in proxima linea sunt minuta ꝛc.per ordinē. Scribe iterū ea sub alijs prius scriptis. Et sic faceres si haberes plures fractiones temporis. Que autē denominatio signorum ꝛ graduū ꝛc.quartis vel tertijs ꝛc.correspōdeat:patet per titulum superiorē in fronte tabule. Que vo fractio graduū correspondeat cuilibet fractioni temporum patet per titulum inferiorē in pede tabule. Quo facto adde omnia ad inuicē incipiendo a subtiliori fractione. Et quotienscunq; ex additione excreuerint.60 ponēda est pro eis vnitas in loco fractionis imediate grossioris. Et iste modus est seruādus in istis tabulis vsq; ad signa:quia.60.gradus valent hic vnū signū: vt supra dictum est.ꝛ sex signa faciūt reuolutionē vnam. Et ideo si ex additione signor ad inuicē excrescant plura signa q̄ sex:subtrahe inde.6.quotiēs poteris: et residuū serua.ꝛ illud quod prouenit:est illud qđ queris de medio motu:ꝛ est propositū. Cuius rei hoc accipe exemplum: Vt ad tempus propositū Ere Christi. 1492.curréte Die.20.Junij.Hora. 14.m̄.36.vōlo inuenire mediū motum Solis. Reduxi illud ad tempus ad ā ī ī et ī per primā huius.ꝛ est ā .2. ī 31 . ī . 19. ī . 19. Sed quia horas ꝛ minuta vltra diem cōsiderationis: videlicet hor. 14.minuta.36 equatione dierum que in proposito est.m̄. 14. ī .36.ab eis subtracta erunt horæ. 14.m̄.21 . ī .24. Quas in minuta dierū ꝛ ī ꝛc.conuerto p quartā hui⁹.ꝛ erūt.m̄.35. ī .53. ī .20. Que scribo ad partē. Deinde qa operor per annos Christi: accipio radicē Solis incarnationis per.8.quam scribo.ꝛ est ☉.4.g̃.38.m̄.21 . ī .0. ī .30. ā .28. Deinde in tabula medij motus Solis cū ḡr tis.2.sub quartis inuenio motū eis correspondentē edirecto.s.☉. 16.g̃.39.m̄.34. ī .38. ī .27. ā .42. Que scripta sub radice ingredior eodem modo cū tertijs.s. 31 .sub tertijs in eorū directo inuenio.☉.33.g̃. 18.m̄.8. ī . 16. ī .58. ā . 12. Que sic scripta sub radice:deinde cum secundis. 19.in directo eor sub secūdis inuenio g̃. 18.m̄.33. ī .28. ī . 12. ā .5. Que scripta vltimo cū primis in directo eorū

sub ꝑmis inuenio.ā.o.ḡ. 18.m̄.43. ẗ .38: ⅓ .12. ¼ .49. Que sic scribo extra sub alijs ꝛc. Que singula addita ad inuicē sunt.ā. 1.ḡ.38.m̄.26. ẗ .46. ⅓ .56. ¼ .26 Et est medi⁹ motus Solis ad tēpus Ere ꝓposite ad meridianū Toleti. ¶Sed si fortassis velles hunc mediū motū Solis habuisse ad aliū meridianū: vtputa Nuremberge: vide distantiā longitudinis inter Nurembergā ꝛ Toletū.ꝛ est hora: 1.m̄.24. Quam quia Nuremberga est oriētalior Toleto: subtrahe ab ho/ris ꝛ minutis tue ere.s.hoꝝ. 14.m̄.36. Deinde a residuo.s.horis. 14. minutis. 21. secūdis. 34. subtracta eq̄tione dierū vt supra. residuū est hoꝝ. 14.m̄.6. ẗ .58. Cū quo residuo ipso in minuta dierū ꝛ ẗ ꝑ quartā reducto oare: ꝛ est videlz ¼ .2. ⅓ .31. ẗ .19. ï 19. m̄ 17. ẗ .58. ꝛc. ¶Hic volo te nō latere: q̄ potes i pricipio cuiuslibet anni querere omnes medios motus: ꝛ media argumēta Lune Vene ris ꝛ ☿ercurij: ꝛ illa ponere in vna cedula: ꝛ tenere pro radice. tunc nō oportet te intrare per totū illū annū nisi cum Secūdis ꝛ primis ☿inutis ꝛ ẗ dierū: ꝛc. si forte habes. m̄. ꝛ ẗ dierū ꝛc. Et erit tibi alleuiatio magna operis ꝛc.

Propositio Decima.

IX tabulis Equationū cognita earum dispositione: ꝛ gene/rali eorum modo introitus ꝛequationes: hoc est centralia puncta pro veris motib⁹ eliciendis ꝛc̄. extrahere. ¶Dis/positionē itaq̄ tabularū eq̄tionū lineis numeri cōmunib⁹ signis ꝛ gradib⁹ centrorū ꝛ argumētorū inseruiētib⁹ primo ordine numerorū positis fikes eē fere in singulis cerninus. Signa autē partim in superiori parte: hoc est in fronte su/pra primā linearū lōgitudinaliū: q̄ est graduū: ꝛ q̄ descēdit augmētando ponunt: Partimq̄ in inferiori parte: hoc est in pede supra secūdā linearū lōgitudinaliū: q̄ sic est graduū: ꝛ q̄ ascēdit augmētādo inueniūt posita.

In ceteris ꝙo ordinib⁹ numerorū: vt videri potest in titulis iuxta exigentiā dissi milis est eorū dispositio. Et vt particulari⁹ rem intelligam⁹: in tabula equationū octaue sphere tres solū tabelle cū totidē lineis numeri sunt descripte. Equatiōes eni correspōdētes edirecto tñ ad quartā sunt circuli: hoc ē signū vnū ꝛ dimidiū phisicū. Tabelle tñ ille ꝛ equatiōes signis oib⁹ sex phisici accōmodent: vt de nu/mero signorū ibi apparentiū apparet. In supiori eni parte supra lineas numeri signa numero. 0. 1. 3. 4. ponunt. In inferiori ꝙo parte signa descripta numero. 1. 2. 4. 5. inueniunt. Sub quib⁹ descēdendo vel ascēdendo edirecto graduū linea/rū numeri equationes cū differētijs sinis correspōdentib⁹ ponent: vt ad sensum in tabellis apparet. In tabula autem equationum Solis Lune ꝛ planetarū sex ponunt tabelle partiales: que in vna medietate zodiaci sunt extense: habētes sin gule lineas binas lōgitudinales graduū cū signis. ꝛ in frōte supra ꝑmā linearū lō gitudinaliū numero aut. 0. aut. 1. 3. aut. 4. ꝛ in pede supra secundā linearū lōgitu dinalium numero aut. 3. aut. 4. aut. 5. Et ex opposito graduū equationes semper scribunt. In Sole Argumenti tantū. In Luna vero ꝛ planetis equatio Centri: ☿inuta proportionalia. In Luna iterum Diuersitas diametri. In reliquis

longitudines ꝛ longiores ꝛ propiores ꝛ Equatio arguměti positi inuenientur. Differětie item equationů: que nō aliud sunt nisi excessus maioris equationis ad minorē supra lineas inscribunt. Circa has equatiões tā supra ꝙ infra tituli Adde vel Dinue inscribūt. Et circa dīas A additionē designās: vel D minutionē denotās infra aut supra scōm ꝙ cōuenit positi intuent. ¶ Aniaduertēdū tñ hic ꝙ qñ in tabulis equationů occurrit paragraphus: tunc ibi in differentia tam in superiori ꝙ in inferiori margine ponunt due lre vel A ꝛ D vel D ꝛ A sic ꝙ vna posita est supra aliā. Quarū superior vel exterior respicit equationes et differětias que sunt supra paragraphū. Et inferior silr vel interior respicit eq̄tiones ꝛ differětias que sunt sub paragrapho in vtroq; margine. Et hec est dispositio tabularů equationů generalis. ¶ Modus autē generalis introitus in tabulas equationů est cū signis ꝛ gradibus cētri vel arguměti inuenti: vt proportio ppria inferi⁹ proprio loco suo docet. Si ergo in quacūq; tabula signum cum quo intras repertū sit in margine vel spacio superiori: tunc gradus cum q̄ intras accipiunt in prima linearū lōgitudinaliū descēdēdo. ꝛ ex directo eiusdē gradus versus dextrū si fuerit centrū equatio centri: ꝛ minuta proportionalia. Si vō fuerit argumentū: equatio arguměti ꝛ diuersitas diametri: vel aliq̄ longitudinū accipiunt. quas equationes cū titulis Adde vel Dinue sibi supra positis extra scribe ad partē. Deinde differentiā accipies: si vltra gradus habueris minuta ꝛc. q̄ imediate scribit in linea proximo sequēti e directo. Et consideretur lra scripta supra differentiā in superiori margine. Et eadem littera si fuerit A significat ꝙ pars proportionalis ex ductura inuēta sit addenda equationi accepte. Si vō fuerit D significat ꝙ pars proportionalis sit subtrahēda ab equatiōe. Si autē signū cum quo intrat sit in margine inferiori: tunc gradus signi accipiunt in secunda linearū longitudinaliū ascēdendo. ꝛ iterū ex directo eiusdē gradus versus dextrū accipit equatio centri vel arguměti ꝛc. vt supra. que scribit silr extra ad partē vna cum titulo Adde vel Dinue sibi suprapositā. Deinde accipit si vltra gradus fuerint minuta ꝛc. differētia q̄ imediate sequit in linea ascēdendo. ꝛ cōsiderat littera scripta sub differētia in margine inferiori. q̄ littera scribit extra circa differentiā. Et eadē littera si fuerit A significat ꝙ pars proportionalis ex ductura inuenta sit addēda equationi accepte. Si fuerit D significat ꝙ si t minuēda ꝛ vtroq; istoꝝ modoꝝ puēit eq̄tio eq̄ta siue vera. Que addit vl subtrahit a medio motu ꝓut iteri⁹ i trib⁹ ppositioib⁹ p̄cipit

Propositio Undecima.

Ucturam autē vel modū ducendi vnū numerū in aliū: pro parte ꝓportionali inueniēda subiungere. ¶ Animaduertē dū: ꝙ arcus omnis quo mediāte alius arcus inuenit: vt plurimū Centrū vl Argumentū nominat: ꝛ tñ signa ꝛ grad⁹ cōtinet. Et illud qō mediantibus illis arcubus inuenit in tabulis: cōmuni nomiē appellari potest Equatio. Cū ergo habuerī aliquē arcū cū quo erit intrādū ad tabulas ad acci

piendum equationē ꝛc.ꝛ in eo fuerint vltrà signa ꝛ gradus minuta ꝛ ℔ ꝛ cetere fractiones. Si fractiones ille non fuerint diuersaꝝ denominationū:accipiant ipsemet fractiones vt iacent.Sed si fractiones iste fuerit diuersarū denominationū: reducere oportet eas ad denominationē minoris fractionis ꝛ eiusdē denominationis.ꝛ vocent primus numerus.Silr si differentie accepte fractiones non fuerint diuersarū denominationū:accipiant ipsemet fractiones ꝓnt iacent. Si vo fractiones ille fuerint diuersarū denominationū: oportet etiam eas reducere ad denominationē minoris fractionis ꝛ eiusdem denominationis.ꝛ vocentur secūdus numerus. Tunc multiplica hunc secūdū numerū per primū.ꝛ illud quod ex tali multiplicatione ꝓuenerit: est ꝓpars proportionalis quesita. Quam nota cum eius denominatione:quoniā tale ꝓductū denominat a numero resultante ex additione numeri denominātis fractiones primi numeri:cum numero denomināte fractiones secundi numeri: Ut verbi gra:Si numerus denominās fractiones primi numeri fuerit numerus binarius:eo ꝙ tales fractiones fuerāt ℔ .et per simile numerus denominās fractiones secundi numeri fuerit etiā numerus binarius.tunc numerus ꝓductus ex multiplicatione primi numeri ꝑ secundū erit ℔ .quoniā aggregādo duo cum duobus que denomināt fractiones primi ꝛ secundi numeri:ꝓueniūt.4. Et si vnus duoꝝ denominatoꝝ fuerit binarius numerus:ꝛ alter vnitas:ꝓductū erit ℥ . Et si ambo fuerit vnitas: ꝓductū erit ℔ .Et si vn⁹ fuerit binarius:ꝛ alter ternarius:ꝓductū erit ꝙnta.ꝛ sic de alijs Et si ista pars proportionalis sit minus.60.ipsaꝫ accipe vt iacet. Si vo fuerit 60 vel plus: reduc totū ad grossiores fractiones tibi possibiles:ꝓdiuidendo per.60. Exempli gra: Volo sumere partē proportionalē de.20.scōm proportionē de.60 ad. 12.hoc est dicere: Debeo reperire vnū numerū qui se habeat in eadem proportione ad 20.in qua se habeat. 12.ad.60. Erit itaq;.60.primus. 12.secundus terti⁹ autē.20.multiplico.20.in. 12.ꝛ sunt.240.que diuido per.60.et proueniūt 4.Est igitur.4.pars proportionalis de.20.sicut. 12.de.60.quia vtrobiq; quinta pars.Silr in omnib⁹ alijs ages. ¶ Ex tabulis autē in quibus differētie scripte non apparent cum titulis: vt fit preter in equationū tabulis:ceteris fere omnibus :differētia ipsa hoc modo extrahit. Intra primo cum numero signoꝝ ꝛ graduū:querēdo in lineis numeri numerū consimilē.ꝛ equationē quā inuenies in directo existentē scribe extra ad partē. Postea vo si habueris aliquas fractiōes in arcu cum quo intrasti prius vltra signa ꝛ gradus:tunc cum vno gradu addito ad arcū cum quo prius intrasti iterum intra cum tali arcu accipiendo iterū equationē in directo existentē sicut prius. Et tunc minorē equationē a maiori subtrahe.ꝛ illud quod remanet est differētia. De qua si partē proportionalem acceperis vt supra:eam adde equationi prime:si fuerit minor equatione secunda.vel subtrahe eam a prima equatione:si fuerit maior q̄ secunda.ꝛ quod post subtractionē vel additionē ꝓuenerit:est equatio precisa. ¶ Itē si in arcu aliq intrādo habueris.ö.o.ḡ.o.sed fractiones tm.tunc istas fractiones ꝑ equationē acceptā in directo vnius gradus:ꝛ nihil in signis vtrisq; ad idem gen⁹ prius reductis.ꝛ deinde ꝓducto diuiso per.60.vt dicit:habebit equatio.que deinde ab equatione existēte in directo.ö.o.ḡ.o.seu.ö.5.ḡ.59.subtrahat.ꝛ erit equatio tui

propoſiti. Poſt hac parte proportionali inuẽta addimus eã vel ſubtrahim⁹ ab equatione put lra A vel M iuxta ſcripta admonet. tunc reſultabit equatio eqta et vera. ¶Sed ad multiplicẽ labozẽ multiplicatiõis ⁊ diuiſionis huiuſmodi vt ſupza euitandã: que multotiẽs in huiuſmodi equationib⁹ tã planetarũ q̃ ecli pſiũ euenire ſolet: cõpoſita eſt tabula pportional: ⁊ his tabul' inſerta. Que tabula numero ſexagenario tã i margine ſupioꝛi tꝛãſuerſalit: q̃ a latere deſcẽdẽdo extẽ dit. Cui⁹ vſus talis ẽ. Quere vnũ numeroꝝ de quo parte proportionalẽ vis habeꝛ ſcõm proportionẽ ad. 60. ſ. diam i capite tabule ⁊ alterũ. ſ. arc⁹ fractionẽ i latere tabule eiuſdẽ. ⁊ qd̃ inuener] i angulo cõi: erit proportio q̃ſita: ea cõditione: vt nu mer⁹ anguli i ſpaciolo dextro ꝓtet⁹ ẽ iſti⁹ proportiõis quã denoiatoꝛes ſil' iũcti: vt ſupza iam dixi conſtituũt ſeu producũt. ⁊ nũer⁹ in ſpaciolo ſiniſtro erit prime minutie maioꝛ. Si aũt in alterutro fuerint diuerſe fractiões: cũ qualibet diuiſim cũ reliq intres. ⁊ qd̃ inuenies aggreges: q̃libet. ſ. ad ſuũ gen⁹. Si aũt in vtroq̃ ſint diuerſe fractiones: cũ q̃libet vni⁹: ⁊ cũ qualibet alteri⁹ ſeoꝛſum intres. ⁊ fac vt pri⁹. ⁊ reſultat tũc ſcõm denoiationẽ propoſitũ. ¶Exẽpli gꝛa: Uolo ex tabu la proportiõis partẽ proportionalẽ ſumere cũ arci minuũ 24. ſecũdis. 36. ⁊c̃. de. 60. ad differẽtiã. m̃. 2. ẗ. 24. Quero primo minuta differẽtie. ſ. 2. in margine ſuperiori in linea tꝛãſuerſali: ⁊ minuta que habui in arcu vltra gradus. ſ. 24 ī linea a latere verſus ſiniſtrã. ⁊ inuenio in angulo cõi nu merũ: q̃ eſt. m̃. 0. ẗ. 48. Deinde iterũ quero minuta illa. 2 in ſupioꝛi margine: ⁊ ẗ arcus. ſ. 36. in latere. ⁊ in angulo cõi ĩuenio numerũ: q̃ eſt. m̃. 1. ẗ. 12. Demũ ſilr q̃ro ẗ. 24 differẽtie in ſupioꝛi margine: ⁊. m̃. 24. arcus in latere. ⁊ nu mer⁹ ī angulo cõi: eſt ẗ. 9. ⅌. 36. Deinde iterũ illa. ẗ. 24 q̃ro in ſupioꝛi margine vt pꝛius: ⁊ ẗ. 36. i latere. ⁊ inuenio in angulo cõi numerũ: q̃ eſt. ⅌. 14. ⅋. 24. Que ſi collocent quodlibꝫ ſub ſuo genere: ⁊ deinde ſil' addentur: erit pars proportionalꝭ inuẽta iſtud. ſ. m̃. 21. ẗ. 50. ⅌. 24. ⅋. 0. Quã adde vel ſubtrahe ab equatione: vt dicitur in propoſitio nibus. Et ſic de ſingulis ⁊c̃. ¶Item notandũ: q̃ pars proportionalis intelligiꝭ accipienda q̃ncunq̃ in propoſi tione aliqua dicaꝭ: ſi opus eſt: ſiue pꝛecipiaꝭ intrandũ cũ duplici introitu. Denominationes autẽ et variationes fractionũ in ductura p̃ tabulã proportionũ in tabella hic appoſita patebũt ligdiſſime.

Propoſitio Duodecima.

¶Tabella denoiatio nũ fractionũ

Numerus ducẽd⁹.	ductꝰ.
g̃. p g̃.	ſ̃. g̃.
g̃. p m̃.	g̃. m̃.
g̃. p ẗ.	m̃. ẗ.
g̃. p ⅌.	ẗ. ⅌.
g̃. p ⅋.	⅌. ⅋.
g̃. p ẗ.	⅌. ⅋.
g̃. p ⅌.	⅋. 4̃
m̃ p m̃.	m̃. ẗ.
m̃. p ẗ.	ẗ ⅌.
m̃. p ⅌.	⅌. ⅋.
m̃ p 4̃.	4̃. 5.
ẗ. p ẗ.	⅌. 4̃.
ẗ. p ⅌.	4̃. 5.
ẗ. p 4̃.	5. 6.
⅌. p ⅌.	5. 6.
⅌. p 4̃.	6. 7.
4̃. p 4̃.	7. 8.

Otũ Augis cõis: ex q̃ aux pꝛopꝛia Solis ⁊ Mercurij Martis Jouis ⁊ Saturni elicitur: ex tabulis ad hoc factis inuenire.

¶Sciẽdũ q̃ ad habẽdũ motus augiũ tabulis duabus in digem⁹. ſ. tabula augiũ ⁊ ſtellarũ fixarũ: q̃ eſt tabula mot⁹ cõ tinui. ⁊ tabula medij motus acceſſus ⁊ receſſus: qñ mot⁹ ille

ex duplici motu componit. s. motu cõtinuo: z motu accessus z recessus. Et dicit Aux cõis: quoniã cũ cuiuslibet planete auge cõicat: vt inferi⁹ patebit: sitr z cum stellis fixis. ¶ Cũ igit augẽ cõmunẽ ad aliquã eram inuenire volueris: primo eram constitue per primã. Secundo mediũ motũ augiũ z stellarũ fixarũ illius ere non accepta radice inuenias: p. 9. z nota ad partẽ. Tertio radicẽ accessus z recess⁹ octa. sphere p. 8. accipe quã etiã scribe extra. Quarto cũ signis z ḡdib⁹ que in medio motu octaue sphere habes. in tabulã eãtionũ eiusdẽ octaue sphere intrabis. z equationẽ pro signis z ḡdib⁹ accipe. quã nota extra. z scribe circa eã Adde vel Minue: vt in titulis suis videbis. Quinto si op⁹ ẽ differẽtiã equationis accipe. et circa eam scribe A vel M vt in titulis circa equationẽ videbis.

Sexto partẽ proportionalẽ iuxta modũ in canone vel propositione precedenti dictum inquire ducendo differentiã in residuũ numeri. Quam partem proportionalẽ adde vel subtrahe iuxta admonitionẽ litterarũ circa eam: ab equatione prius accepta. z exibit equatio equata vel vera. Ultimo eandem equationem equatã siue verã adde vel subtrahe a motu augiũ z stellarũ fixarũ prius accepto prout titulus docebit. z quod post additionẽ vel subtractionẽ puenerit Aux cõmunis vocabitur. Et est propositum.

Propositio Tertiadcima

Era loca stellarũ fixarũ ad quodcũq; tps volueris p tabulas tã in lõgitudine ꝙ latitudie ineuenire: z magnitudinẽ earũ cognoscẽ. ¶ Nota q; stelle fixe quarũ loca p astronomos attendunt sunt. 1022. Que stelle ponunt in. 48. imaginib⁹ celi Que signa seu figure seu ꝓstellatiões vocant. ¶ Harũ igit 1022. stellarũ ad aliquã erã si volueris inuenire loca: necesse est vt scias prima loca earũ verificata a[illegible]liqd tps tibi notũ. Et fuerunt loca earum vltimo verificata per Alfonsum Anno Christi. 1251. mẽses. 5. Si itaq; loca earum ad quodcũq; tempus aliud verificare volueris: prescribe primo augem cõmunẽ ad tempus ere Alfonsi: ad quam nunc stellas hic habes verificatas. Et ipsa est Signi. 0. gradus. 17. minuta. 15. ẽ. 34. Post reperies augem communẽ ad tempus aliud: ad quod ipsas verificare velis. z ab ea subtrahe augem cõmunẽ prescriptam. z hoc si tempus ad quod stellas verificare vis fuerit post annũ. 1251. menses. 5. Vel subtrahe ab ipsa auge prescripta: si tempus tale precesserit annũ dñi. 1251. meñ. 5. z quod post subtractionẽ manet erit motus stellarũ fixarũ in tempore quod est inter annũ Christi. 1251. meñ. 5. et ipsum annũ seu eram ad quam eas stellas verificare volueris. Hunc igit motũ adde ad locum cuiuslibet stelle positũ in tabulis istis si tempus tue verificationis sequitur annũ ere Alfonsi. vel ipsum subtrahe a loco cuiuslibet stelle in his tabulis posito: si tps tue cõsiderationis ꝓcesserit. z hoc intellige de locis earũ in lõgitudine. z habebis ipsarũ loca i lõgitudine ẏificata ad tps ad qd volebas.

¶ Si autē vera loca ſtellarū vt ſupra aliter ꝛ ꝑ eram Alfonſi inuenire velis: Subtrahe eram Alfonſi ab era tue conſiderationis. ꝛ cum eo quod poſt ſubtractionē reliquū erit operare: ſicut egiſti in medijs motibus: Vt ſiquē ibi fuerint quarte: ingredere tabulā medij motus Augiū ꝛ ſtellarū fixarū non accepta radice. Sin tertie: cum tertijs. ꝛ ſic de reliquis. ꝛ quod ꝓuenit ſingulis ſimul additis: ſerua ad partē. Poſtea in tabella radicū motus octaue ſphere accipe radicē Alfonſi: ꝛ eam ſcribe extra. ꝛ accipe illud etiam quod inſcribit ſtatim in ꝓxima linea ſequenti poſt radicē illā. ſ. equationē in directo inſcriptionis Eius motus eſt: que eſt equatio que fuit tūc temporis. Quā equationē ſerua. Qua ſic ſeruata: ad eram a tempore Alfonſi vſq; ad tempus tue conſiderationis quere mediū motū acceſſus ꝛ receſſus ꝛc. per .9. quē adde cum radice Alfonſi ꝓius ſeruata. et cum illo quod ꝓuenit in ſignis ꝛ gradibus: intra tabulam equationū motus acceſſus ꝛ receſſus: ꝛ quere equationē: ſicut dictū fuit ī. 12. ſ. ꝓpoſitiōe motus augiū ꝛc. Qua habita ſubtrahe equationē quā ſeruaſti, ſ. illam que tempore Alfonſi fuit: ab equatione nūc inuēta. ꝛ illud quod remanet: eſt differētia inter eā/tionem que fuit tempore Alfonſi: ꝛ illam que fuit tempore conſiderationis tue. Quam differentiā adde ad motū Augiū ꝛ ſtellarū fixarū ꝓius ſeruatā. ꝛ quod poſt additionē ꝓuenerit adde loco cuiuſlibet ſtelle fixe tēpore Alfonſi. et quod ꝓuenerit: erit locus eius hora ꝛ tpe conſiderationis tue. Et habes ꝓpoſitum.

¶ Gradus ẏo ꝛ minuta latitudinis ſtellarū non mutabis. Latitudines enī earū ſuariate manēt: niſi qđ minime ſenſibilitatis ꝙſequenſ trepidatōis motu. Partē latitudinis cognoſces ꝑ titulū ſuū ſeptentrionalē: qui eſt lra. S. aut meridionalē qui eſt lra. M. Magnitudinē autē intelliges ꝑ nūeros in vltima linea verſus dextrā poſitos. Diſtincte nāq; ſunt ſtelle de quib⁹ ꝙſideratio potuit eē in ſex ordines. Quarū prime ſunt maiores: deinde pauco minores: ꝛ poſt iterū minores. ſic vſq; ad ſextam ordinationē. Vbi igiſ inuenies in eadem linea. i. ſignificat ꝙ talis ſtella eſt de prima magnitudine. vbi ẏo. 2. de ſecūda. vbi aūt. 3. erit de tertia. ꝛ ſic conſequenter. Exemplū ꝑ temetipſum ſi nō penitus ebes es faciliter poteſ conſtituere ꝛc.

Propoſitio Quartadecima

Ugem propriam Solis qua eius argumētū inueniſ: Augēq; propriā Mercurij Martis Jouis ꝛ Saturni: qua nos eorū centra cognoſcim⁹: perq; facile inuenire. ¶ Vnde ſi habere volueris augem propriā cuiuſcūq; planete: augē iſtā cōmunē ꝑ precedētē inuentā ad augē planete quā inuenies in paruis tabelſ augiū i tabula radicū adde: ꝛ aux ꝓpria illi⁹ planete habebiſ.

Propoſitio Quintadecima.

Rgumenta media ꝛ Centra media omniū planetaꝝ: quibus equatiōes ꝛc. in tabulis ẽgtionū cognoſcenſ inuenire. ¶ Ad habēdū primo argumentū Solis: ſubtrahe augē propriā ei⁹ a ſuo medio motu. ꝛ ꝓductū erit argumentū Solis. ¶ Ad habēdū cētrū mediū Lune: mediū motū Solis tue ere ſubtrahe

a medio motu Lune eiusdē ere. ꝛ qđ remanet post subtractionē dupla. ꝛ hoc du platū erit centrū mediū Lune. ¶ Centrū Ueneris semp est argumentū Solis ¶ Cētrū mediū i Mercurio Marte Joue ꝛ Saturno si vis hēre: subtrahe augē. cuiusuis istoꝝ a suo medio motu. ꝛ pductū erit centrū mediū eiꝰ. ¶ Argumēta media Ueneris ꝛ Mercurij atq; Lune sumunt cū proprijs tabulis p modū illū q̄ dictū est in ppōne. 9. de medijs motibus inueniēdis. ¶ Ad habendū autē argu mentū mediū cuiusuis triū supioꝝ: videlicet Martis Jouis ꝛ Saturni: mediū motū eiusdē planete ere proposite subtrahe a medio motu Solis ere eiusdem. ꝛ productum erit argumentū medium talis planete. Hoc quia facile est intellectu supersedemus exemplis.

Propositio Sextadecima.

Erum motū Solis p tabulas inuenire. ¶ Jnueniat primo ad eram propositā medius motus Solis p. 9. ꝛ ipsum scriben do ad partē serua. Secundo scias argumentū eius p. 15. Ter tio cū argumēto illo intra tabulam equationū Solis. ꝛ equa tionē in directo existentē cum sua differētia accipies: circa ea scribendo titulos Adde vel Minue prout tabula admonet. Quarto partē ꝓportionalē ingre si opus ē p. 11. Demū parte proportionali inuēta: eā adde vel subtrahe ab equatione argumēti iuxta tituloꝝ designationē. ꝛ quod post augmentū vel diminutionē ꝓuenerit: est equatio Solis equata ꝛ vera. Quito ꝛ vltimo eandē eq̄tionē iuxta titulorū. s. Adde vl Minue circa equationē conscriptoꝝ denotationē: adde vel subtrahe a medio motu su perius inuēto ꝛ seruato. ꝛ quod post augmentū vel diminutionem prouenerit: erit verus locus Solis ad eram propositam in Zodiaco.

Propositio Decimaseptima.

Erum locū Lune p tabulas inuenire. ¶ Jnueniat ꝑmo ad erā propositā mediꝰ motus Lune p. 9. ꝛ cētrū Lune p. 15. ꝛ ar gumentū eiꝰ mediū p eandē. ꝛ scribe vnūquodq; p se seorsum: et serua ad partē. Secūdo cum cētro Lune medio tabulam equationū Lune ingredere: ꝛ eius simile i lineis numeri q̄re. et accipe quod in eius directo inueneris de equatione cētri. et circa ipsā: titulos denōtionē: videlz Adde vel Minue scri ptā ꝓsidera. silr differētiā cū suis lr̄is A vel M annotādo accipies. ꝛ vnūquodq; p se seorsum scribe. Uide etiā ibidē. s. vbi intrasti cū cētro Lune minuta propor tionalia q̄ sūt i directo: ꝛ ipsa serua vna cū eoꝝ differētia ꝛ litterā tituloꝝ. s. A vl M. Tertio si aliqd vtroꝝq; istoꝝ in differētia inueneris: queres partē propor tionalē: ꝛ fac exinde ꝛ equationē cētri ꝛ minuta proportionalia equata vel vera p. 11. Si aūt nō erit in differētia aliqd in his: tūc qcqd accepti inueneris vt iacet scribe extra: ꝛ serua ad partē cū suis litteris tituli. Quarto eādē equationē cen

tri iam equatam iuxta exigentiam tituli adde vel subtrahe a medio argumento Lune.z erit argumentū equatū siue verum. Quinto cum arguméto illo equato intra easdem tabulas equationū: z eius simile in lineis numeri quere: z accipe qđ in eius directo inueneris de diuersitate diametri circuli breuis:z si opus ē cū sua dia z litterarū titulis.z partem proportionalem per. II .inuentam iuxta litterarum designationē adde vel minue.z erit diuersitas vera siue equata diametri. De qua diuersitate diametri iuenta:z per minuta ꝓportionalia prius ad partem seruata:partem iterum proportionalē inquire per. II .ponendo videlicz minuta proportionalia inferius: z diuersitatē diametri superi⁹.z prouenit pars proportionalis.quam serua iterum ad partem. Sexto cum eodem argumento vero i eadē tabula equationū Lune in directo existentē accipe equationē argumenti cū eius differētia.si opus ē.circa que scribe titulorū notā.s.Adde vel Minue:prout tabella te docebit.Deinde parte proportionali si o⁹erat inuenta p̄ prouenit equatio arguméti equata siue vera.que equatio primo examinata appellat. Septimo huic equatioi ꝑmo exaīate:diuersitati diāmetri partē proportionalē iam superi⁹ seruatā adde:z prouenit equatio arguméti.q̄ equatio secundo examinata appellat. Hic nō pigriter notande sunt cautele tres. Prima: q̄ si cum centro Lune inueneris in minutis proportionalib⁹.m.o. z .o.tunc non est op⁹ querere partē proportionalem.neq; est necesse vt diuersitas diametri inquiratur. Nam tunc equatio primo examinata erit equatio secūdo examinata.

Secunda:habitis minutis proportionalibus:z seruatis ad partem:si demū cū argumento vero inueneris in diuersitate diametri ḡ.o.z differentia.o.tunc minuta proportionalia nullius operis erunt.neq; necessarium est querere partem proportionalez cum diuersitate diametri.sed equatio primo examinata erit iterum equatio secundo examinata. Tertia:q̄ si contigerit.60.in minutis proportionalibus prouenire: z.o.in differētia.tunc iterum non est necessarium per minuta proportionalia querere partem proportionalem cum diuersitate diametri Sed pars proportionalis tūc querenda:est ipsamet diuersitas diametri.Que tūc tota additur equationi primo examinate: vt fiat equatio arguméti secundo examinata. Octauo equationē hanc argumenti secundo examinatā adde vel subtrahe scōm q̄ titulus equationis exposcit:a medio motu Lune modo supra dicto inuēto z seruato ad partem.z quod prouenit:est verus locus siue verus motus Lune ad erā propositā in Zodiaco. Hic notādū generale p̄ūti p̄lib⁹q; ꝓcedētib⁹ z sequētib⁹ propositiōib⁹:q̄ qñ cū motu aliq;vt cētro vl' argumēto i tabulas equationū itrare debem⁹:z fuerit aliqd i signis:z.o.i ḡdib⁹.z signa illa in pte supiori tabule eēnt sīgta:resoluēdū ē vnū signoz i.60.ḡd⁹.z itrādū ē cū signis residuis z 60.ḡ.i tabulas equationū. Signa āt si i tabula deorsū locēt veluti signa z.ḡ.illi⁹ mot⁹ cū quo intrat nobis deinfant: intrandū est.

Propositio Decimaoctaua.

Erum locum Veneris z Mercurij: ac Martis Iouis z Saturni per tabulas inuenire. Inueniatur primo medius

motus cuiuſuis planete ad eam propoſitam cuius verum motum deſideras: per.9.Deinde queratur centrum medium eius. Similiter ꝛ eius planete que/re argumentum per.15. Que ſingula extra ſcribe: quodlibet per ſe ad partem Secundo cum centro medio planete tabulam eiuſdē planete ingredere: querē do ſimile in lineis numeri ꝛ quod in eius directo inueneris de equatione centri extra per ſe nota cum ſua dīa ꝛc̄. ſi opus fuerit. cum qua partem proportiona/lem inquire per. 11. Et eandem partem proportionalem inuentam iuxta titu/lorum ♈ vel ♎ ſignificationē adde vel ſubtrahe ab equatione centri quam ex tabula cepiſti. ꝛ erit equatio centri equata ſiue vera. Tertio equationem hanc eandem centri equatam: ſi circa eam ſcriptū fuerit Adde: eam adde centro me/dio: ꝛ ſubtrahe eam ab argumēto medio. Si ℞o circa eam ſcriptum fuerit ♎di/nue: ipſam a centro medio ſubtrahe: ꝛ adde eam argumento medio. ꝛ habebis vtrūq; equatum. ſ. centrum ꝛ argumentum. Et ſerua equationem hanc centri: quia inferius ea indigebis: ad partē cū ſuo titulo. ſ. Adde vel ♎dinue. Quar/to cum centro equato eandem tabulam equationū ingredere querendo ſimile in lineis numeri. ꝛ minuta proportionalia in directa inuenta extra per ſe nota cum ſua differentia. ſi ē op⁹: ꝛ fac partē proportionalē per. 11. ꝛ iuxta titulorū exi/gentiā eā adde vel ſubtrahe: ꝛ habebis minuta proportionalia equata. ꝛ deinde ſcribe ea ad partē: cū titulo. ſ. Longiora ſuprapoſito vel Propiora: prout tabula docet. Quarto cum argumento equato eodem mōdo intra eandem tabulam. et querendo ſimile in lineis numeri: quod in directo inueneris de diuerſitate diametri circuli breuis in altera longitudinū cum ſua dīa ſi eſt op⁹ accipe. Si enim ſupra minuta proportionalia ſupra ſeruata ſcriptum fuerit Lōgiora: tunc cape diuerſitatē diametri ſub longitudine longiori. Si aūt ſuper ea ſcriptū fue/rit Propiora: tunc cape eā ſub longitudie propiori. ꝛ ſimiliṫ ſi op⁹ erit cape ſemp ſuas dīas. ꝛ per. 11. fac partem proportionalē: ꝛ habebis diuerſitatē diametri equatam vt ſupra. Et diuerſitate diametri equata inuenta cum minutis propor tionalibus ad partem ſeruatis iam ſupra: de ea diuerſitate accipe partem pro/portionalē. quam ſerua ad partem. ꝛ ſcribe circa ipſam ♎ ſi diuerſitas diame/tri accepta eſt ſub longitudine longiori. vel ſcribe circa ipſam A ſi ipſa accepta eſt ſub lōgitudine propiori. Licet ſolet ab aliquibus dari differentia in ♎er/curio propter minuta proportionalia ſua: que variantur in longitudine propio/ri. Sed iſta variatio minutorū proportionaliū non facit diuerſitatem in opere: dūmodo aſpiciatur tituluo minutorū proportionaliū: vtrum ſint in longitudine longiori vel propinquori. Deiñ hanc partē proportionalē ſerua ad partē. Sexto iterum cum argumento equato eodem modo in eadem tabula equationū in di recto exiſtentē accipe equationē argumenti cum ſua dīa. ſi ē op⁹ Deinde parte proportionali per. 11. accepta: ipſam fac equatam vel veram: ꝛ erit equatio ar gumenti. que vocatur vt in ☽ una equatio argumenti primo examinata. Se/ptimo equationi huic. ſ. primo examinate diuerſitatis diametri partem propor/tionalem ſuperius ſeruatam: ſi circa eam litterā A inuenit adde. vel ab ea ſub/trahe: ſi circa eā lra ♎ inuenit. ꝛ qō poſt additionē vel ſubtractionē puenit erit

M. propor

equatio arguměti.q̄ vicik fiſr equatio arguměti ſecūdo examinata.circa quā ti/ tulū Adde vel Minue: vt in tabula vides nota.ꝛ ipſam ſcribe ad partē. Octa/ uo equationes vtraſq;.ſ.equationē centri ſupi⁹ ſeruatā ad partē cū ſuo titulo: et equationē arguměti iſtā ſecūdo examinatā cum ſuo titulo conſidera. Et ſi circa vtraſq; ſcriptum eſt Adde: adde eas ſimul:ꝛ totum addas medio motui pla/ nete. Et ſi ſup vtraſq; ſcribatnr Minue: tunc iunge eas ſimul:ꝛ totum minue a medio motu planete. Et ſi circa vnam ſcriptū fuerit Adde:ꝛ circa aliam Mi/ nue: tunc minue minorem a maiori.ꝛ reſiduū iuxta q̄ titulus Adde vel Mi/ nue circa maiorē equationē ſcript⁹ expoſcit: adde vel ſubtrahe a medio motu planete.ꝛ qđ poſt augmentū vel diminutionē puenerit: eſt ver⁹ locus planete ī Zodiaco. ¶ Notādū eſt ħ in iſta ꝓpōne ꝛ in relīs:q nō curaret magnā ꝓſci/ ſionē:poſſet iſto modo equare: Quia poſſet videre vtrū in centro vel arguměto vltra.ſ.ꝛ.ḡ. eſſent aliqua minuta.ꝛ ſi eēnt.30.vel plura q̄.30.poſſet pro eis adde re vnū gradū cū gradib⁹ cētri vel arguměti.ꝛ ſi eſſent paucioꝛa q̄.30.de eis nō curaret ꝛ ſic cū vno introitu haberet equationē: nec opoꝛteret q̄rere partē pro/ poꝛtionalē.ꝛ eſſet opatio ſatis ꝓciſa ad ſciēdū ī q̄ gradu eſt planeta in Zodiaco. ¶ Ceterea hic ꝛ aliud generale relīs eſt notādū diligentiſſime. Sepi⁹ eni tibi occurret ī opatiōe:q̄ qñcūq; ꝓcipik ī propoſitiōe ſubtrahere talē numeꝛ a tali fine cōditione: neceſſe eſt ſemꝑ ſubtrahere:ſiue ille numer⁹ a q̄ fit ſubtractio ſit maiꝛ ſiue minoꝛ illo q̄ debet ſubtrahi.qñ ſi ille nūer⁹ a q̄ debet fieri ſubtractio ſit minoꝛ: addenda ſunt ſex ſigna: ꝛ poſtea facienda eſt ſubtractio. Sunt eni ſex ſigna vna circuli reuolutio.

Propoſitio Decimanona

Planetarū paſſiones īuenire. ¶ Ex tabula quecūq; tabulas motus planetaꝛ ſingulos ſequēs: paſſiones planetarū facile cognoſces ei⁹ diſpoſitiōe ꝓcognita Tabulaꝛ igik iſtaꝛ ꝓma ē Lune:q̄ tabula latitudīs Lune intitulak.Cui⁹ diſpoſitio ē: vt ī capite ꝛ in pede tabule trāſuerſaliter ſigna cōmunia: in late/ re duplices lineas numeri graduū deſcēdentiū ꝛ aſcēdentiū: īſeruiētes ſignis continet: in quoꝛ directo latitudo Lune ponik. ¶ Reliqua rum autē tabularū q̄libet quattuoꝛ cōtinet tabellas. Quarū ꝓma ſemꝑ inſeruit oꝛtui et occaſui: apparitioni et occultationi illius planete cui⁹ ibidem eſt inſcri ptio. Secūda eius directioni et retrogradationi et ſtationi. Tertia eius diuer/ ſo motui in vno die. Quarta eius latitudini ab ecliptica: oēs vnis lineis nume/ ri accomodenk. Quas tituloꝛ inſcriptiōes explanāt. Quarū vſus eſt iſte vt oꝛ/ dine ſeqk: paſſione tarditatꝭ ꝛ velocitatꝭ motus Lune: quia ſine tabula acci pik p:imo hic interſerta.

Tarditatē vel velocitatē Lune inuenire. ¶ Luna nō dicik neq; di recta neq; retrograda: ſed curſu veloꝛ tarda vel equalis. ¶ Utrū autē ſit curſu ſuo veloꝛ vel tarda vel equalis: Aſpicias argumen/ tū Lune equatum.ſiue verum:q̄ ſi ipſum fuerit minus vno ſigno cum dimidio: vel plus.quattuoꝛ cum dimidio: erit curſu tarda.

Si vo fuerit plus vno signo cum dimidio: & minus quattuor cum dimidio: erit cursu velox. Si aũt fuerit p̄scise vnũ signũ cum dimidio: vel p̄scise quattuor cum dimidio: erit cursu equalis. ¶ Potest etiã hoc idem aliter scire: videlicet habito motu Lune verõ: queras verum locũ eius ad vnam diem plus: & subtrahe minorẽ de maiori: & numerus remanens si equabit. g. 13. & m. 11. equalis cursu dicet. Si vo minor: tarda. & de quanto maior: de tanto velocior. & de quanto minor: de tanto tardior erit.

Propositio Decima nona

Atitudinẽ Lune pẽr tabulas inuenire. ¶ Latitudinez Lune quia p Argumentũ latitudinis Lune inuenit: & Argumentũ latitudinis Lune habet per verum locum Capitis draconis Lune: Iccirco de ipsis hic primo ponemus propositiones.

VErũ locũ Capitis & Caude draconis Lune inuenire. ¶ Mediũ motũ capitis Lune inuentũ per nonã huius ad Eram propositã: subtrahe de signis. 6. & residuũ erit verus locus Capitis draconis. Et in gradu opposito erit locus verus Caude draconis Lune in Zodiaco.

VErum argumentũ latitudinis Lune inuenire. ¶ Vero loco Lune per. 13. huius inuento ab eodẽ subtrahe verũ locũ Capitis draconis. Uel aliter: Vero loco Lune adde mediũ motum Capitis draconis. & vtroq; modo habebis Argumentuz latitudinis Lune verum siue equatum.

Atitudinẽ igit Lune si velis: Ingredere cum Argumẽto latitudinis Lune h̄ modo. Resolue argumentũ latitudinis Lune in signa cõia. Et si in argumento illo fuerit ab vno gradu vsq; ad sex signa cõmunia: tunc intrabis a superiori parte cum numero signoz perfectoz. Et cum ḡ. in linea graduũ descendente vsq; ad. 30. & in angulo cõmuni terminãte lineã in qua accepisti ḡ. & lineam in qua accepisti numerũ signoz: inuenies Latitudinẽ Lune scriptã p ḡ. m̃. & ẍ. Et si in Argumento sint plura signa q̄. 6. tunc intrabis ab inferiori: intrando lineam graduũ que ascẽdit ab vno vsq; ad. 29. & in angulo cõmuni terminãte lineã in qua accepisti gradũ: & lineam in qua accepisti numerũ signoz: inuenies latitudinẽ Lune scriptam per ḡ. m̃. & ẍ. Et hoc semper cum parte proportionali: si oportet. ¶ Que Latitudo erit septẽtrionalis ascẽdens: si argumentũ equatũ latitudinis Lune intelligẽdo signa phifica fuerit min⁹ vno signo cum dimidio. Eritq; septẽtrionalis descendens: si erit plus. 1. signo: & minus. 3. Si vo fuerit plus. 3. signis: & minus. 4. cum dimidio: erit meridionalis ascẽdens. Si autẽ fuerit plus. 4. signis cum dimidio erit meridionalis descẽdẽs. Si autẽ argumentũ equatũ fuerit Signũ. 0. siue. 6. p̄scise: erit Luna in Capite draconis. Et si fuerit. 3. signa p̄scise: tũc erit descẽsus sine latitudine. & esset tunc p̄scise in Cauda draconis. Si vo dictũ argumẽtũ

fuerit p:ecisse vnius signi cū dimidio:tūc Luna habebit latitudinē septentrionā lem.z potest tunc appellari Ascensus z Descensus. Ascensus quidē respectu latitudinis imediate p:ecedētis.sed Descensus respectu latitudinis imediate sequētis. Et si dictū argumentū fuerit p:ecise.4.signo: cum dimidio:tunc Luna habebit latitudinē meridionalē. z potest tunc appellari Ascensus z Descensus respectu diuerso: modo iam sup:a dicto.

P:opositio Tligesima.

Lanetarū o:tū z occasum apparitionēq; aut occultationē sub radijs Sol' cognoscere. ¶ Uenus z Mercuri⁹ ppt' tarditatē z velocitatē sui motus inuoluunt circa Solem: z habēt se ad Solē quattuo: modis. Nam cū fuerit argumentū Ueneris equatū ab vno gradu inclusiue ī duo signa z ḡ. 17.s.ḡ.3 17.erit in o:tu suo vesp:tino.z videbit' post Solis occasum sup ho:zontē in occidente.z tunc etiam est Sole velocio:. Et a duob⁹ signis z. 17.gradib⁹ exclusiue vsq; in tria signa integra.s.ḡ. 180.erit in occasu ve:spertino: quia tunc tardat vadens ad Solem.consequitur q; Sol atq; p:eterit. Et a trib⁹ signis ī tria signa z.grad⁹.43.s.ḡ.213.erit in o:tu matutio:eo q; est tardio: Sole. Et a tribus signis z.43.gradib⁹ exclusiue vsq; in.6.signa integra: erit in occasu ve:spertino:velocio:.s.Sole. ¶ Mercurij vo argumentū equatū cū fuerit ab vno gradu inclusiue vsq; ī signa duo z ḡ. 13.s.ḡ.73.tunc o:it ve:spere. Et a duobus signis z. 13.gradibus exclusiue vsq; in tria signa.s.ḡ. 180.erit in occasu ve:spertino. Et a tribus signis exclusiue vsq; ad.4.signa z ḡ.8.s.ad ḡ.248.o:itur mane. Et a.4.signis exclusiue vsq; in.6.signa.s.ad ḡ.360 occidit de mane. Uelocitas autē z tarditas motus eius considerant' sicut in Uenere. ¶ Ueneris autē et Mercurij p̄ma occidental' apparitio erit cū eo:ū cuiuslibet argumētū fuerit fere.ḡ.40.erit ve:spertinalis. Si vo fuerit.5.signa ḡ.40 s.ḡ.340.erit eo:um p:ima o:ientalis occultatio matutinalis. Et si fuerit fere signa.2.ḡ.40.s ḡ. 100.erit eo: occultatio ve:spertinalis. Et cum fuerit fere signa.3.ḡ.20.s.ḡ.200.erit p:ima matutinalis eo:um apparitio. ¶ Triū autē superio:ū planetarū o:tū z occasum ita inuenias. Argumentū co: equatū cōsidera. Quod si fuerit ab vno gradu inclusiue vsq; in finē triū signo:: erunt in o:tu matutino. Si vo a tribus signis exclusiue vsq; in.6.signa integra: erunt in occasu ve:spertino. ¶ Cum autē voluer' scire o:tum cuiuslibet trium superio: ante Solis o:tū mane apparētis: tunc.s.q̄ p:etermissus est a Sole per ḡ.20.exiens de subradijs Solis inceperit apparere. Considera: cum argumentū eius equatū fuerit p:ope ḡ.20.erit incipiens apparere: exiens &c. de subradijs Solis. Occultari autē incipiet atq; tegi cum fuerit idem argumentū p:ope signa.5.ḡ.40.s.ḡ.340.

Trū planeta sit apprens aut occulta sub radijs Solis cognoscere.

Notandum q; Uenerī z Mercurio est o:tus z occasus mane z ve:spere. Si igit' hanc passionē scire cupis: scias locū eius ho:ū duo: cuiuslibet equatū: z locum Solis. z que sit vtriusq; loci differētia. z cuius sit: videlicet Solis aut planete. Cui⁹ autē locus plus habuerit in gradib⁹

et minutis:ipsius est differētia.Quam differentiā nota.Post considera si fuerit argumētū Veneris equatū minus signis.2.g̃.17.s.g̃.137.erit Venus vt in ortu vespertino apparens vel occulta. Intra itaq; tabulam ortus eius vespertini cū signo in quo fuerit.z gradus ibi inuēti si fuerint plures gradib⁹ differētie inter eā z Solē:erit occulta.z si fuerint pauciores:erit in ortu vespertino appar ēs directa.Si autē fuerit argumentū eius a signis.2.g̃.17.s.g̃.137.in signa.3.s.g̃.180. erit in occasu vespertino apparens vel occulta in retrogradatione. Ingredere tabulam eius occasus vespertini.z scias p gradus ibi inuētos z minuta: sicut supra dictū est. Et si fuerit illi⁹ argumētū a signis.3.s.g̃.180.vsq; in signa.3.g̃.44 s.g̃.224.erit aut apparens in ortu matutino:aut tecta radijs Solis. Intra igitur cum signo in quo fuerit tabellam illius ortus matutini.z scias vtruz sit apparēs vel occulta per gradus ibi scriptos. Si autē idem argumentū fuerit a signis.3. g̃.44.in signa.6.s.g̃.360.erit occasu matutino apparēs vel occulta. Intra etiam cū signo in quo fuerit tabellam occasus matutini.z per gradus suppositos scias vtrū tegat vel videri possit. Si eni gradus ipsius fuerint plures gradibus differentie inter eam e Solem:non apparebit.z si pauciores fuerint:videbitur ꝛc.

¶De tribus autē superioribus si has passiones scire cupis: Considera differentiam eorū et Solis ꝛc.sicut superius fit in inferioribus.et eam nota. Que si fuerit planete:erit idem planeta vel apparens in occidente:vel occultus sub radijs Solis. Intra igit cū signo in quo fuerit planeta in tabellam occasus planete vespertini.et gradus quos ibi inueneris et minuta si fuerint pauciores gradibus differētie inter planetā et Solem:erit planeta apparēs in occidente. Si aūt fuerit plures gradib⁹ illius differētie: planeta erit tectus radijs solarib⁹.Si aūt predicta dīa erit Solis:erit planeta apparēs vel occultus. Ingredere igit cum signis in quo fuerit planeta in tabellā ortus matutini.et quos inueneris grad⁹: si fuerint plures gradib⁹ differentie:erit planeta occultus. Si vo pauciores fuerint:erit orientalis apparens.Hoc itaq; fit in tribus superioribus.

Propositio Vigesimaprima

Planetarum velocitatem tarditatē et equalitatē inuenire.

¶Quotienscūq; verus motus alicuius planete est maior suo medio motu: dicitur suo cursu velox.Et si minor: dicitur suo cursu tardus.Et si verus et medius adequantur suo cursu:equalis vocatur.

Propositio Vigesimasecunda

Planeta vtrū sit ascēdēs vel descēdēs i circulo deferētis:et sil'r epicicli cognoscē.¶Cū fuerit cētrū planete eqtū ab vno ḡdu i.s̄.3.erit descēdēs i suo circulo excētrico. Et a.3.in.6.ascēdēs. Et ille planeta q fuerit ppinq⁹ sūmitatib⁹ suoz circuloz: dicit eleuari sup ipm q fuerit remotior ā sūmitatib⁹ suoz circuloz z cōgsces p argumētū eoz sile sic declaratū est.econuerso tū de Luna in epiciclo.

Propositio Vigesimasexta.

Planetarū directiones ꝛ retrogradationes aut stationes: ꝫ est si sint directi: retrogradi: siue stationarij p tabulas inuenire.

¶Scias centrū equatū ꝛ argumentū equatū illius planete de quo volueris hoc habere: per. 16. ꝛ quodlibet per se scribe. Deinde cū centro equato intra tabellā stationis illius planete. ꝛ stationē primā quam in eius directo inuenias: extra p se nota. ꝛ hoc cum parte proportionali: si oportet. Quā minue de. 6. signis: ꝛ remanebit statio secunda. quā scribes sub prima. Deinde si argumentū equatū eiusdem planete fuerit equale stationi prime in signis ꝛ gradib⁹ et minutis: erit planeta stationarius statione prima. s. vt incipiat retrogradari. Si ☉ fuerit plus statione prima: ꝛ minus secunda: est retrogradus. Et si fuerit equale stationi secunde: erit stationarius statione secunda. Si ☉ idem argumētū fuerit plus statione secūda: ꝛ minus prima: erit idem planeta direct⁹. ¶Qđ si planeta fuerit directus: ꝛ scire volueris qñ incepit dirigi: Cōsidera si argumētū mediū illius planete fuerit plus statione secunda: vel minus prima: vel nihil. Si plus statione secunda: subtrahe stationē secundā de argumēto medio. et qđ post subtractionē remāserit: diuide per motū argumēti planete in vno die si potes. ꝛ habebis in quotiente dies. Si ☉ taliter diuidi non poterit: quoniā forsan maior erit diuisor q̄ diuidendus. Uel adhuc si post primā diuisionē per motum argumenti in vno die aliquid remanserit: multiplica illud per. 60. ꝛ resultatū diuide per id quod prius. ꝛ habebis in quotiente minuta dierū. Et si aliqd de hac diuisione remanserit: multiplica illud per. 60. ꝛ pductū diuide per id quod pri⁹ et habebis in quotiēte ī dierū. Et si adhuc de hac vltima diuisione aliquid remanserit: illud multiplica adhuc per. 60. ꝛ pductū diuide per id quod prius. ꝛ habebis in quotiēte ī horarū ꝛc. Hoc ergo tēpus habitū p has diuisiones subtrahe a tēpore quo tuū planetā equasti. ꝛ remanebit tibi tempus quo tuus planeta dirigi incepit. Si autē argumentū fuerit minus statione prima: subtrahe stationē secundā de. 6. signis. ꝛ remanēti adde argumentū equatū tui planete. ꝛ totū hoc aggregatū diuide vt dictū est. ꝛ totū tempus habitū per tuā diuisionē subtrahe vt supra. ꝛ remanebit tibi tempus quo tuus planeta dirigi incepit. Et si argumentū mediū fuerit nihil stationē primā totā diuide modo dicto de ꝛ tēpore. ex hac diuisione resultato subtrahe vt supra: ꝛ habebis intentū. ¶Si ☉ scire volueris qñ retrogradari incipiet. ꝛ argumentū mediū fuerit plus statiōe secūda: Subtrahe argumentū medium de. 6. signis. ꝛ remanēti addas stationē primā. ꝛ totum aggregatū diuide modo dicto. ꝛ tempus ex hac diuisione pductam addas ad tēpus quo equasti tuū planetā. ꝛ resultabit tibi tēpus quo tuus planeta retrogradari incipiet. Si autē argumentū mediū fuerit minus statione prima: subtrahe ipsum de statione prima. ꝛ residuū diuide modo supra habito. et tempus habitū ex hac diuisione addas vt supra. ꝛ habebis initiū retrogradationis tui planete. Et si argumentū mediū fuerit nihil: totam stationē primā diuide modo dicto. ꝛ tempus resultatū addas p modū dictū. ꝛ habebis intentū.

Si vo fuerit planeta retrogradꝰ:z volueris scire qñ retrogradari incepit: Stationē eius primā de eius argumento medio minue.z eius residuū divide p modum dictū.z tempus resultatū ex hac divisione subtrahe a tempore quo tuū verificasti planetā.et tibi remanebit tempus quod queris. ¶Et si scire volueris qñ dirigi incipiet: Argumentū eius mediū minue a statione secunda.et residuū subtractionis divide p modū dictū.et tēpus productū ex hac divisione addas ad tempus quo tuum planetam equasti.et resultabit tibi tempus quod queris.

¶Motus autē in vno die argūmēti vniuscuiusʒ quinq planetarū superiꝰ nominatorū sic inuenit. Nam in tribus superioribꝰ medius motus vniscuiusq eorum in vno die subtrahat a medio motu Solis in vno die.et remanebit motus argumēti planete in vno die. In duobus vo inferioribus requiratur in propriis tabulis suorum medioz argumentoz motus.

Propositio Vigesimquarta.

Uth Solis et Lune: et cuiuscūq planetarū: hoc est motū diuersum equatū ipsius planete in vno die per tabellam ad hoc factā inuenire.et similiter loca planetarū ad.2.dies: vel ad.7. verumetiā ad. 10.zc.inuenire. ¶Intra primo tabellā diuersoz motuū planetarū in vna die in lineā numeri cū centro planete equato.et quod inueneris in eius directo in linea illa que intitulat motus centri.z scribe illud. Et si in linea numeri non inueneris numerū equalem centro: intra cum duplici introitu: et fac partē proportionalē per. 11. Intrabis etiā cū argumēto equato in eandē lineā numeri.et motū quem inueneris in directo eius: qui intitulat motus portiōis accipe z scribe.et si super ipsum in tabula scriptū inueneris Directus: tunc adiunges hunc motū cum priori.et aggregatū ex his duobus est motus diuersus Si vo sup ipsum scribat Retrogradus: et motus portionis minor fuerit motu centri: subtrahe minorē de maiori.et residuū est motus planete in die.et planeta est adhuc directus. Et si motus portionis maior fuerit motu cētri: est planeta retrogradus.tunc etiā accipit residuū post subtractionē: et est motus diuersus i die p retrogradationē. Si vo ambo motus sic accepti fuerit equales: tunc est planeta stationarius. ¶Et cū sciueris motū planete diuersum in die: z fuerit idem planeta directus.et volueris scire locū eius verum post aliquot dies: Equatione eius prehabita scōm doctrinā tabulaz: multiplica motū eius diuersum per uumerū dierū quos habes.et collectū ex his erit motus planete in diebus quesitis. Aggrega ipsum super locum planete.et inuenies locum planete ad dies futuros quos queris. Qō si planeta fuerit retrogradus: subtrahe hunc motū in diebus predictis de loco planete equato.et inuenies locū eius ad dies qsitos. ¶Et si volueris locū eius in diebus preteritis ante diē equationis planete scōm viam canonū Consydera si planeta fuerit directus.et subtrahas hoc quod p multiplicationē antedictā exibit de loco eius eqto: et inuenies qō qris. Qō si retrogradus fuerit: adiunge illud qō p multiplicationē exiuerat per locū

planete equatū:nūc habebis quēntū. Et scito q̄ ita poteris facere ad.20.dies vel 30.in Saturno Ioue Marte ⁊ Uenere: si fuerint directi ⁊ veloces. ⁊ hoc est q̄n prope Solē fuerint: vel retrogradi ⁊ cū hoc fuerint veloces. hoc est in tribus superioribus q̄n sunt in oppositione cū Sole. ⁊ in Uenere q̄n argumentū eius est 3.signor. Sed q̄n tardi fuerint in motu eor: vel prope eor stationes non faciēs ita ad plures dies. ⁊ hoc minus in Marte ⁊ Uenere. Et Uenus magis diuersificat in motu q̄ Mars. Et nullus tā diuersus in motu est sicut Mercurius. q̄ si velox fuerit i motu: tu poteris cū ipso facere vt dixi ad decē dies. Si aūt tardus vel prope stationē: non est conueniēs q̄ ita facias: nisi ad tres dies vel ad q̄ttuor. Et cū volueris hoc facere ad dies multos: ad.20.vel ad.30. vel ad plures vel paucriores Considera motū illis diebus correspondentē: ⁊ adiūge ipsum super locū planete equatū per tabulas: vt prius dixi. ⁊ postea incipies dies computare resi duos. ⁊ equa sicut oportet. Et considera quantū est centrū in meridie. ⁊ est idem quod scriptū est in tabulis medij motus. ⁊ adiūge ipsum sup centrū equatū: q̄ habeas prius. Accipias etiā mediū argumentū planete in meridie: quod volueris. ⁊ ita scies hoc: Subtrahes motū mediū planete in meridie ad aliquot dies de medio motu Solis in meridie ad dies illos. ⁊ quod remanebit adiūges argumento planete: ⁊ fac sicut ostensum est.

Propositio Uigesimaquinta.

Atitudinē Ueneris per tabulas inuenire Scias primo centr equatū ⁊ argumētū eq̄tūsup. 18. ⁊ vnūquodq̄ p se serua Deinde cū ipsius vero argumēto intra in tabellas Ueneris i lineas numeri: ⁊ accipe q̄d inueneris in directo i tabella declinationis ⁊ reflexionis. ⁊ vnūquodq̄ per se scorsū scribe. Postea centro Ueneris. 60. gradus adde. q̄ si post additionē puenerit vltra signa.6.s.g̃.360. proīce inde signa.6.s g̃.360. ⁊ cū residuo: vel cū eo quod fuerit minus signis.6.s.g̃.360. ingredere easdem lineas numeri. ⁊ quod in eius directo inueneris de minutis proportionalibus sume: ⁊ serua. Deinde accipe partē proportionalē declinationis prius seruate scōm proportionē minutorū proportionaliū ad.60.per. 11 .⁊ hoc erit prima latitudo eius examinata q̄ puenit ex declinatione epicicli. ⁊ serua eam. Si autē centrū verū ⁊ argumentū verū cū quo operatus es: hoc est centrū verū ⁊ argumentū verū cū suo addito sint in eadem parte circuli: hoc est si ambo fuerint in medietate superiori. aut ambo in medietate inferiori: erit ipsa latitudo equata meridiana. Et si vnū istor fuerit in vna: ⁊ aliud in alia: erit ipsa latitudo septētrionalis. ⁊ sic eius partē cognosces. ⁊ scribe sup eā nomē sue partis. Dicit aūt vniuersaliter tā in centro q̄ in argumento medietas superior cum fuerit centrū ⁊ argumentū a.0. in signis ⁊ gradib⁹ vsq̄ ad tria signa cōia cōpleta vel a.9.signis cōmunib⁹ vsq̄ ad. 12.cōia. Inferior vo dicit cū fuerit a trib⁹ vsq̄ ad.9.cōia signa. Deinde cū simplici centro Ueneris pri⁹ seruato. s. anteq̄ fiat sibi additio.60.graduū lineas numeri ingredere. ⁊ quod in eius directo inueneris de minutis proportionalib⁹

